This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

44. 1294.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

EURIPIDIS

FABULARUM FRAGMENTA

RECENSUIT ET ANNOTATIONE INSTRUXIT

FRIDERICUS HENRICUS BOTHE.

LIPSIAE

SUMTIBUS LIBRARIAE HAHNIANAE

MDCCCXLIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

EURIPIDIS
FABULARUM FRAGMENTA.

Augustus Matthiae editionis, quam paravit perutilem, Euripidis fabularum earumque fragmentorum volumine nono cum breviter ac dilucide exposuerit de numero et titulis harum reliquiarum, erroribusque hac in re cum librariorum, tum ipsorum eruditorum, operae meae compendio describam illas paginas potius quam rem actam agam. sic igitur paucis mutatis vir de bonis litteris meritissimus ipso initio praedicti voluminis:

„Euripidis fabulas, praeter duodeviginti eas, quae supersunt, Fabricius in Bibliotheca graeca enumerat centum et tres; sed in iis nonnullae sunt, quarum tituli tantum duo diversi fuisse videntur, ut *Βάκχαι* et *Πενθεὺς*, *Ἱππόλυτος* et *Φαίδρα*. Eodem modo recte Musgravius Glaucum non diversam esse a Polyido suspicatur. cf. Elmslejus ad Medeae argumentum nota *κ*, Welckerus de Aeschyli trilogia p. 340., nota. Atrei nomine inscriptam Euripidis tragoediam nullam fuisse, sed hoc personae nomen esse in Cressis vel in Thyeste productae jam Bentlejus epist. ad Mill. p. 471. sequ. et Barnesius monuerunt p. 458., et post eos Heath. Lect. ad Eurip. p. 166., Valck. Diatr. p. 12., Brunck. ad Soph. fragm. p. 669. ed. min., Porson. ad Eurip. Orest. 1001. Ita *Πασιφάη* persona erat in Cressarum fabula, *Κλυμένη* in Phaëthonte; Polynicen fabulam falso e verbis Luciani t. III. p. 288. *ὁ Εὐριπίδου Πολυνείκης* exsculpserunt, cum locus ibi citatus sit in Phoenissis, sed a Polynice pronuntiatus, ut locus apud Stobaeum tit. 37. p. 226. Gesner., 39. p. 157. Grot. inter Iocasten et Polynicen divisus est. *Πολύδωρος* et *Πολυξένη* Hecubam significant. *Κερκύων* eadem est quae *Ἀλόπη*. vid. Valck. Diatr. p. 12. Qui locus ex Euripidis Capaneo citatus putabatur, est ex ejusdem Suppl. 862. vid. Valck. ib. p. 17., Boeckh. de Tragicis graecis p. 227. Sic etiam quae fabula Alexander appellabatur, ab aliis vocabatur Alexandra. *Ἑλένης ἀπαίτησιν* confictam esse a Barnesio, ostendit Pierson. ad Moer. p. 172. sequ., Heath. in Eurip. p. 168. Oileum tragoediam Euripidis nullam fuisse docuit Harles. ad Fabric. t. II. p. 252. n. 63. alio loco *ἐν Συλεῖ* legendum est. Alii fabularum tituli mendis originem debent, ut *Αἶγες* pro *Αἰγεῖ*, quod jam notarunt Meursius

Digitized by Google

et Barnes. P. II. p. 517., *ἐν Διδύμοις* apud Stobaeum pro *ἐν Λικυμνίῳ* (vid. Valck. Diatr. p. 17.), *Θεμιστοκλῆς* pro *Κρεσφόντης*, *Κλεοφόντης* pro eodem, *Εὐριπίδης ἐν Κλεισί* pro *ἐν Κρησί* apud Erotianum, *Κτύμενος* apud Clementem pro *Τήμενος*. idem nomen alibi corruptum in *Τίμαιος* abiit. Pro *Κυρίαις* apud Hesychium nunc legitur *Σκυρίαις*. *Ἀλεάδας*, *Εὐρώπην*, *Καρκίνον*, *Μενησίαν*, *Μετουσίας*, *Νεοπτόλεμον*, *Νιόβην*, *Σκύλλαν*, *Τρῶας* e numero fabularum Euripidis exemerunt Bentlejus, Valckenarius, alii. vid. Valck. Diatr. cap. II. Praeter istas Elmslejus ad Medeae argum. p. 71. ed. Oxon. ejicit etiam *Θεριστάς* et *Λαμίαν*. Ita relinquuntur tragoediarum perditarum nomina quinquaginta septem, vel, si *Θεριστάς* numeras, quinquaginta octo, *Αἰγεύς*, *Αἴολος*, *Ἀλέξανδρος*, *Ἀλκμαίων ὁ διὰ Ψωφῖδος*, *Ἀλκμαίων ὁ διὰ Κορίνθου*, *Ἀλκμήνη*, *Ἀλόπη*, *Ἀνδρομέδα*, *Ἀντιγόνη*, *Ἀντιόπη*, *Ἀρχέλαος*, *Αὔγη*, *Αὐτόλυκος*, *Βελλεροφόντης*, *Βούσιρις*, *Δανάη*, *Δίκτυς*, *Ἐρεχθεύς*, *Εὐρυσθεύς*, *Θησεύς*, *Ἰνώ*, *Ἰξίων*, *Ἱππόλυτος*, *Κάδμος*, *Κρεσφόντης*, *Κρῆσσαι*, *Κρῆτες*, *Λαμία*, *Λικύμνιος*, *Μελανίππη*, *Μελέαγρος*, *Ξάντριαι* (?), *Οἰδίπους*, *Οἰνεύς*, *Οἰνόμαος*, *Παλαμήδης*, *Πειρίθους*, *Πελιάδες*, *Πηλεύς*, *Πλεισθένης*, *Πολύϊδος*, *Πρωτεσίλαος*, *Ῥαδάμανθος*, *Σθενέβοια*, *Σίσυφος*, *Σκίρων*, *Σκύριοι*, *Συλεύς*, *Τέντης*, *Τήλεφος*, *Τημενίδαι*, *Ὑψιπύλη*, *Φαέθων*, *Φιλοκτήτης*, *Φοῖνιξ*, *Φρίξος*, *Χρύσιππος*. quibus si duodeviginti superstites addideris, confeceris summam dramatum septuaginta sex. At Suidas (et Varro apud Gellium XVII, 4.) septuaginta quinque vel septem (?) ei tribuit*), Grammaticus ab Elmslejo editus ad calcem Baccharum septuaginta octo, quarum spurias esse tres, Tennem, Rhadamanthum, Pirithoum. In inscriptione marmoris antiqui, edita a Winckelmanno Monumenti ined. nr. 168. (cf. Galerie du Musée Napoléon par Filhol. T. VIII. tab. 540.) triginta sex tantum Euripidis tragoediae commemorantur, in quibus septem superstites, *Ἄλκηστις*, *Ἀρχέλαος*, *Αἰγεύς*, *Αἴολος*, *Ἀλόπη*, *Ἀν-*

*) Proprie Suidas: — *Δράματα δὲ αὐτοῦ κατὰ μέν τινας οἱ, κατὰ δὲ ἄλλους ἐνενήκοντα δύο. σώζονται δὲ οζ'.* (hoc merito suspectum est, neque habetur in codice V. Florentino apud Matth., in Mediolanensi autem apud Elmslejum editione Baccharum legitur *σώζονται δὲ οη'*, *ε* et *η* litteris confusis, ut passim. cf. Welckeri librum „Die griech. Tragödien," 2. Abtheil., Bonn, 1839, p. 448 sequ.) *νίκας δὲ ἀνείλετο ε', τὰς μὲν τέσσαρας περιών, τὴν δὲ μίαν μετὰ τὴν τελευτήν, ἐπιδειξαμένου τὸ δρᾶμα τοῦ ἀδελφιδοῦ αὐτοῦ Εὐριπίδου.* De majore illo numero fabularum plures Vitae Euripidis Mss. (de Parisino v. „Journal des Savans" a. 1832. p. 242., de Vindobonensi Boeckh. Trag. gr. p. 232., de Florentino 33. Matth. Not. ad Hecub. p. 3.) Suidae consentiunt, quem numerum fere ad deperdita dramata satyrica refert Welckerus. mire enim de illis Thomas Mag.: *ἐν οἷς* (scil. 92 fabulis) *ἦν ὀκτὼ μόνα σατυρικά*. quod autem addit, *νενίκηκε δὲ ἐν πᾶσι τούτοις τοῖς δράμασι νίκας πεντεκαίδεκα*, manifestus videtur esse error sive ipsius, sive librariorum.

Digitized by Google

τιγόνη, Ἀλκμαίων, Ἀνδρομέδα, Ἀλέξανδρος, Αὖγη, Ἀνδρομάχη, Αντιγόνη (fortasse Ἀντιόπη), Αὐτόλυκος, Βάκχαι, Βελλεροφόντης, Βούσειρις (sic, ει et ι confusis ut in nominibus Iphigeniae et Inonis, nec raro alias), Λίκτυς, Λανάη, Εἰφιγένεια, Ἑλένη, Εἰνώ, Ἑκάβη, Ἐρεχθεύς, Εὐρυσθεύς, Ἔπεὸς (sic pro Ἔπειὸς) Κρῆτες, Κρῆσσα (sic), Κρεσφόντυες (sic), Κύκλωψ, Λικυήνιος (sic), Μελάνιππος, Μήδεια, Μελέαγρος, Οἰνεύς, Οἰδίπους, Ὀρέστης. Sed lapis ille mutilus est post Ἔπεὸς et post Ὀρέστης. Epei tragoediae nullum aliud vestigium superest, ut hic error ejus videatur, qui titulos marmori incidit. Praeterea vero nulla commemoratur tragoedia ex illis, quas suspectas vel confictas esse supra dixi, ne Lamia quidem vel Ξάντριαι, de quarum posteriore Valck. quoque dubitabat, quam rem consideranti is, qui hos titulos insculpendos curavit, homo satis peritus fuisse videatur. Memorabile quoque est, quod una tantum Iphigenia commemoratur; ex quo colligi potest, Iphigeniam Tauricam pro genuino Euripidis opere habitam esse, Aulidensem vero omissam, quia haec post ejus mortem demum in scenam producta sit. Ceterum ejusmodi inscriptiones a serioribus, Romanis hominibus, sed e virorum doctorum tamen libris, compositas esse recte monere videtur Boeckh. ad Inscript. gr. T. I. p. 349 sequ. De marmore illo elegans est disputatio Osanni in Wolfii Analectorum T. II., p. 527—541."

De Epeo tragoedia pluribus dicemus suo loco, nec Matthiaeo fidem ejus in dubium vocanti assentimur. Welckerus l. c. praeter Epeum in tragoediis Euripideis recenset alteram Melanippen (Μελανίππην δεσμῶτιν, altera inscripta fuit Μελανίππη ἡ σοφὴ), et pro Lamia Scyllam, dubitanter autem Sisyphum et Pirithoum tragicos; tum dramata satyrica enumerat octo, sicut Thomas Mag., sed alia ratione, scilicet ea intelligens, de quibus adhuc vestigia supersunt, Αὐτόλυκον α', Αὐτόλυκον β', Βούσιριν, Εὐρυσθέα, Κύκλωπα, Σίσυφον, Σκίρωνα, Συλέα ἢ Θεριστάς. Ξαντρίας, quas neque habet marmor Albanum, nec Stobaeus nominavit, soli Aeschylo vindicat secundum Valckenarium Diatr. p. 11, b, et G. Dindorfium annotatione ad fabulam Aeschyleam, qui tamen cum id inprimis urget, Pausaniam VIII, 6, 6. Aeschylum referre inter eos, qui Inachum vocaverint ποταμὸν Ἀργεῖον, id neque eo valere debet, ut pro certo affirmemus, Aeschyli esse versus illos, a Dindorfio restitutos,

Νύμφαις κρηναίαις, κυδραῖσι θεαῖσιν, ἀγείρω,
Ἰνάχου Ἀργείου ποταμοῦ παισὶν βιοδώροις,

neque ut praefracte negemus, Euripidem fecisse cognominem fabulam, quam pro Baccharum priore editione haberi posse concedit Welckerus, et nos ne id quidem abhorrere dicimus, ut easdem et Βάκχας et Ξαντρίας appellatas esse existimemus. Praeterea W. (hoc siglo Welckerum indicabo in iis, quae sequuntur) annotavit,

Digitized by Google

Stobaeum idem drama modo Polyïdum vocare, modo Glaucum, similiterque semel Aegei nomen usurpare pro Medeae etc. Idem animadvertit, Euripidem minus saepe quam priores Tragicos, praesertim Sophoclem, secutum esse Epicos post Homerum, praesertim quod attinet ad Troïcos mythos (nam Thebanos frequentat), nec simplicitate Odysseae, quo vix pertinet Scylla, tam delectatum videri quam illum; quapropter mulier apud Comicum Thesmoph. 509., Mnesilochum, Euripidis socerum femineo habitu, objurgans:

Οὐ γάρ σε δεῖ δοῦναι δίκην, ἥτις μόνη τέτληκας
ὑπὲρ ἀνδρὸς ἀντειπεῖν, ὃς ἡμᾶς πολλὰ κακὰ δέδρακεν,
ἐπίτηδες εὑρίσκων λόγους, ὅπου γυνὴ πονηρὰ
ἐγένετο, Μελανίππας ποιῶν, Φαίδρας τε; Πηνελόπην δὲ
οὐπώποτ' ἐποίησ', ὅτι γυνὴ σώφρων ἔδοξεν εἶναι.

Contra praeter alia nova, quae tentavit, etiam mythos quosdam Italicos immiscuit Aeolo et Melanippis, potiusque Stesichori institisse videtur vestigiis in Scylla, Helena et Hercule furente. „Alle erhaltenen Tragoedien von Sophokles beziehn sich auf das alte Epos zurück; von Euripides sind auch andre, die in keiner Gemeinschaft mit diesem stehn, auf uns gekommen, Bacchen, Medea, Alkestis, Heracles, Herakliden, Ion, Hippolyt. Wer kann sagen, ob auf das Schicksal der Erhaltung der Ruf der Mythen oder der Kunst mehr Einfluss gehabt haben möge? — Die Verschiedenheit der Stoffe ist freilich im Ganzen als untergeordnet zu achten gegen die Auffassung u. Behandlung der Mythen. Äschylus u. Sophokles, dem idealischen u. alterthümlichen Geiste derselben noch zugethan u. fähig ihn mit ihrer eignen Bildung in Einklang zu setzen, konnten die Fabeln meist nach ihrer innern ursprünglichen Bedeutung darstellen und die Charaktere des Epos, bei aller Eigenthümlichkeit, im Wesentlichen befolgen und nachbilden. Mit dem Glauben an die alte Volksreligion entwich auch der Geist aus den Mythen, und die Hüllen konnten für neue Gestaltungen benutzt werden. Die stärksten Abweichungen von der alten Überlieferung, von Sitten u. Bildung der Heroen, die freieste Fortdichtung und häufige Widersprüche des Dichters in verschiedenen Dramen mit sich selbst in Ansehung des Mythus, so selten bei Sophokles, bei Aeschylus vielleicht gar nicht nachweislich, sind natürliche und keineswegs tadelnswerthe Folge des genommenen Standpunktes. Euripides befolgt von seiner ersten Tragoedie an sein eignes Princip *). Er giebt die Erhabenheit des Alterthums u. die

*) „Welcker. p. 458.: „Gleich in seiner ersten Tetralogie [Olymp. 81, 1., ante Chr. nat. a. 456.] war schwerlich ein Drama epischen Inhalts." Eo pertinent etiam quae ipse dixi in Vita Euripidis, interpretationi ejus meae germanicae, iterum editae anno 1824., subjecta, p. VII. et sequ.: „Das Genie ist niemals Nachahmer. Schon dieser Grund reichte hin, die Abweichungen unseres Dichters von den Manieren des Äschylus und Sofokles, seiner grossen Vorgänger, zu erklären. Wenn die Plane man-

Digitized by Google

Hoheit des tragischen Ausdrucks zum grossen Theil auf u. zieht die Heroen entschiedener in die Wirklichkeit der Zeit u. ihrer Bildung herein, veranschaulicht die alten Geschichten nicht nach ihrem Geist und Charakter, sondern nach den Situationen, die er zu zeitgemässen, in die Bildung unmittelbar eingreifenden, Darstellungen zu benutzen sucht. Diese Umwandlung, so bewundernswürdig sie häufig gelungen ist, u. diese Rücksicht auf unmittelbare Nutzanwendung u. Belehrung, haben der Poesie u. der Kunst nicht selten grossen Eintrag gethan; aber die Richtung auf das Reinmenschliche, die natürliche Gleichheit, auf das Vernunftgemässe u. auf Geistesfreiheit, die Beleuchtung der Vorurtheile über Sklavenstand u. Adel oder Vornehmheit, über Reichthum u. Armuth, über Heirath u. andre Lebensverhältnisse, müssen vielen der alten bekannten Theaterscenen einen grossen Reiz der Neuheit gegeben haben. Die politischen u. Sittenzustände Athens, den eröffneten welthistorischen Kampf zwischen dem geheiligten u. politisch berechtigten Aberglauben u. der höhern, wenn auch zur Zeit unzulänglichen, Wahrheit muss man wohl vor Augen halten, um Euripides gründlich zu würdigen, u. den steigenden Beifall, den er im Fortschritte der neuen Zeit u. Bildung gewann, vollkommen zu begreifen." Sic fere doctissimus Welckerus p. 458 et seqq., cujus etiam explicationes ipsorum fragmentorum magna ex parte verisimiles sunt, nec tamen probandae omnes, quod item dicendum est de multis correctionibus et conjecturis virorum doctorum, quas ne commemorabo quidem, ne longus sim, nec ubique Welckeri, aut Hartungi in Euripide restituto, Hamburgi edito a. 1843., discrepantes a nostris sententias de ordinandis singulis refellendas puto, ne disputem in re sensus magis quam doctrinae.

I. *AIΓΕΥΣ.*

Apollodorus I, 9, 28. *Μήδεια δὲ ἦκεν εἰς Ἀθήνας, κἀκεῖ γαμηθεῖσα Αἰγεῖ παῖδα γεννᾷ Μῆδον· ἐπιβουλεύουσα δὲ ὕστερον Θησεῖ, φυγὰς ἐξ Ἀθηνῶν μετὰ τοῦ παιδὸς ἐκβάλλεται.*

---

cher euripideischen Trauerspiele weniger einfach und fasslich sind als die des Äschylus und Sofokles, so durfte Euripides nur sagen: „Ich habe es so gewollt; ich bin nicht Äschylus, nicht Sofokles, und will es nicht sein. Warum soll ich einem gemeinschaftlichen Ziel auf demselben Wege zustreben, den Andere sich wählten? Wenn ich es nur erreiche. Ich habe euch ergötzt. Das ist mir genug; und Was verlangt ihr mehr?" In der That genügte Dies auch dem Parterre, für das Euripides arbeitete. Die Athener fanden in dem neuen Dramatiker nicht die Fassung der Dinge, die Komposizion, die erhabene Sprache ihrer alten Lieblinge; die Musik seiner Stücke schien weicher als sie es gewohnt waren; sie erstaunten, die Sänger mehrere Takte hindurch auf Einer Sylbe aushalten und Triller auf Triller häufen zu hören; aber sie waren gerührt, sie weinten, und Euripides bedurfte keiner Entschuldigung."

Digitized by Google

disertius Homeri scholiastes A Venetus et scriptor brevium, quae dici solent, scholiorum ad Iliad. λ', 740.: *Μήδεια ἐγένετο Αἰήτου μὲν θυγάτηρ, Ἰάσονος δὲ γυνή. αὕτη μετὰ τὴν ἀποτελεσθεῖσαν ἐν Κορίνθῳ τεκνοφονίαν φυγὰς εἰς Ἀθήνας ἀφίκετο, καὶ ἐγαμήθη Αἰγεῖ τῷ Πανδίονος. κἀκεῖ Θησέα τὸν ἐξ Αἴθρας γενόμενον τῷ Αἰγεῖ, ἐπὶ τὸν τοῦ πατρὸς γνωρισμὸν ἐκ Τροιζῆνος ἀφικόμενον, πείθει τὸν Αἰγέα φαρμάκῳ ἀνελεῖν, ἐπίβουλον αὐτοῦ τῆς βασιλείας εἰποῦσα παραγενέσθαι. πεισθεὶς δὲ Αἰγεὺς φάρμακον ἔδωκε· μέλλοντος δὲ αὐτὸ καταπίνειν ἐκείνου ἐπιγνοὺς τό τε ξίφος καὶ τὰ ὑποδήματα (ταῦτα γὰρ ἐν Τροιζῆνι γνωρίσματα κατέλιπε) τὸ μὲν φάρμακον ἀφείλετο, τὴν δὲ Μήδειαν τῆς Ἀττικῆς ἐξέβαλεν. οἰκήσασα δὲ αὐτὴ τὴν πλησίον Ἥλιδος Ἐφύραν πολυφάρμακον ἐποίησεν αὐτὴν ὀνομάσθῆναι. ἡ ἱστορία παρὰ Κράτητι.* Perspicuitatis causa his addenda sunt illa, quae habet Apollodorus III, 15, 5. et seqq. usque ad XVI, 1.: *Πανδίονι δὲ ἐν Μεγάροις ὄντι παῖδες ἐγένοντο Αἰγεὺς, Πάλλας, Νῖσος, Λυκός. — μετὰ δὲ τὴν Πανδίονος τελευτὴν οἱ παῖδες αὐτοῦ στρατεύσαντες ἐπ' Ἀθήνας ἐξέβαλον τοὺς Μητιονίδας* (qui factione comparata Pandionem Athenis expulerant), *καὶ τὴν ἀρχὴν τετραχῇ διεῖλον· εἶχε δὲ τὸ πᾶν κράτος Αἰγεύς. γαμεῖ δὲ πρῶτον μὲν Μήταν τὴν Ὀπλῆτος, δευτέραν δὲ Χαλκιόπην τὴν Ῥηξήνορος· ὡς δὲ οὐκ ἐγένετο παῖς αὐτῷ, δεδοικὼς τοὺς ἀδελφοὺς εἰς Πυθίαν ἦλθε, καὶ περὶ παίδων γονῆς ἐμαντεύετο. ὁ δὲ θεὸς ἔχρησεν αὐτῷ*

Ἀσκοῦ τὸν προὔχοντα πόδα, μέγα φέρτατε λαῶν,
μὴ λύσῃς, πρὶν ἐς ἄκρον Ἀθηναίων ἀφίκηαι.

Ἀπορῶν δὲ τὸν χρησμὸν ἀνῆει πάλιν εἰς Ἀθήνας, καὶ Τροιζῆνα διοδεύων ἐπιξενοῦται Πιτθεῖ τῷ Πέλοπος, ὃς, τὸν χρησμὸν συνεὶς, μεθύσας αὐτὸν τῇ θυγατρὶ συγκατέκλινεν Αἴθρᾳ. τῇ δὲ αὐτῇ νυκτὶ καὶ Ποσειδῶν ἐπλησίασεν αὐτῇ. Αἰγεὺς δὲ ἐντειλάμενος Αἴθρᾳ, ἐὰν ἄῤῥενα γεννήσῃ, τρέφειν καὶ, τίνος ἐστὶ, μὴ λέγειν, ἀπέλιπε δὲ (imo δὴ) *ὑπό τινα πέτραν* (ita Westermann. secundum scriptos) *μάχαιραν καὶ πέδιλα, εἰπὼν, ὅταν ὁ παῖς δύνηται τὴν πέτραν ἀποκυλίσας ἀνελέσθαι ταῦτα, τότε μετ' αὐτῶν αὐτὸν ἀποπέμπειν. — Θησεὺς δὲ γεννηθεὶς ἐξ Αἴθρας Αἰγεῖ παῖς ὡς ἐγενήθη τέλειος, ἀπωσάμενος τὴν πέτραν τὰ πέδιλα καὶ τὴν μάχαιραν ἀναιρεῖται, καὶ πεζὸς ἠπείγετο εἰς τὰς Ἀθήνας* etc. Refert Plutarchus Theseo, c. 12., Medeam certiorem factam de adventu Thesei rem celasse Aegeum, senique meticuloso persuasisse, ut veneno tolleret suspectum peregrinum, cujus personam Theseus induerat. igitur epulis instructis Aegeus Theseo apposuit poculum venenatum; sed ille stricto gladio, quem Troezene attulerat, quasi carnem dissecaturus, agnitus est a patre etc. Plutarcho fere consentiunt Pausanias II, 3, 7., Eustathius ad Dionys. 1017., Eudocia p. 289., Tzetzes ad Lycophr. 179., Ovidius Met. VII, 401—424.;

Digitized by Google

non item Hyginus fab. 26. et Diodorus Sic. IV, 55., quarum afferre narrationes supersedeo.

1.

Stobaeus tit. 71. p. 432.

Πέφυκε γάρ πως παισὶ πολέμιον γυνὴ
τοῖς πρόσθεν ἡ ζυγεῖσα δευτέρῳ πόσει.

Verba de Medea sive Chori, seu potius vetuli et fidi Theseo Athenas profecturo famuli, quibus verbis eum dehortatur ab illo itinere. *παισὶ* recte Musgravius pro *πᾶσι*, menda librorum.

2.

Idem ibidem:

Δειλῶν γυναῖκες δεσποτῶν θρασύστομοι.

Haec eidem vel simili personae conveniunt, neque alii tribuendum videatur proximum fragmentum.

3., 4., 5.

Idem tit. 110., 84., 76.

Πτηνὰς διώκεις, ὦ τέκνον, τὰς ἐλπίδας,
οὐχ ἡ τύχη σε. τῆς τύχης δ' οὐχ εἷς τρόπος.

Vix sana sunt ista *οὐχ ἡ τύχη σε*, nec memini me legere alicubi *τύχην διώκουσάν τινας*. Secure quidem vertit Grotius

Spes, nate, volucres sequeris, at non te simul
Fortuna; vultus illa multiplicis dea est;

sed aeque dura et affectata sunt verba „at non te simul Fortuna." Malim equidem *οὐχ ᾗ τυχήσῃ (τις)*, „non qua (via) quis consequatur eas (spes tuas)." Frustra eum esse dicit senex famulus, si agnitum a patre et in bona paterna restitutum se iri Athenis speret: adesse enim ibi Medeam novercam, quae consilia ejus impeditura sit et quovis modo regnum Athenarum filio suo conservatura. Igitur aliam eum viam ingredi jubet: multiplicem enim esse hominum fortunam. velut ipsum beatam nunc vitam vivere apud Pittheum, quod praestare generi ac nobilitati Athenis successu dubio quaerendae

(Ἦ που κρεῖσσον τῆς εὐγενίας
τὸ καλῶς πράσσειν,

quibus in verbis ab iambicis senariis ad anapaestos assurgens oratio majorem benevoli servi affectum significat). et revera agnitum ab Aegeo Theseum tamen fortasse non tam carum fore patri quam avo, qui eum educaverit: saepe enim educatos tantum liberos magis amari quam genitos,

— Τὸ θρέψαι δ' ἐν βροτοῖσι πολλάκις
πλείω πορίζει φίλτρα τοῦ φῦσαι τέκνα.

Idque eo magis verisimile videri, quod Pittheus rex sit virtute, pietate sapientiaque clarus (v. annot. ad Med. 646., Hippol. 11.); Aegeum vero tyrannum potius appellandum esse, oppressis fratribus

Digitized by Google

(Apollod. III, 15, 6.: *εἶχε δὲ τὸ πᾶν κράτος Αἰγεύς.*) rerum potitum, nec fortasse aliis tyrannis probiorem atque humaniorem. habebant hic locum similia illis in Supplicibus, 415.

Οὐδὲν τυράννου δυσμενέστερον πόλει,
ὅπου, τὸ μὲν πρώτιστον, οὐκ εἰσὶν νόμοι
κοινοὶ, κρατεῖ δ' εἷς,

et ejusdem coloris istis Ione, 561.

Τυραννίδος δὲ, τῆς μάτην αἰνουμένης,
τὸ μὲν πρόσωπον ἡδύ, τἀν δόμοισι δὲ
λυπηρά. τίς γὰρ μακάριος, τίς εὐτυχὴς,
ὅστις δεδοικὼς καὶ περιβλέπων βίαν
αἰῶνα τέμνει;

6., 7., 8., 9., 10.

Stob. tit. 34., 38., 45., 117. 7.

Quem non audiens Theseus et objurgans

(*Εἰ μὴ καθέξεις γλῶσσαν, ἔσται σοι κακά*),

tanquam eum, qui se a magnis ausis ac vita heroïca deterreat, patriam se expetere ait, qua nihil sit carius,

(*Τί γὰρ πατρῴας ἀνδρὶ φίλτερον χθονός;*)

nec si vel maxime tyrannus sit Aegeus, eo se demoveri a consilio Athenas proficiscendi: nihil enim certum sciri de improbitate Aegei, boni autem viri ne tyrannidem quidem esse extimescendam,

Ἀνδρὸς δ' ὑπ' ἐσθλοῦ καὶ τυραννεῖσθαι καλόν.

(Hisce verbis cum velut digito monstretur Periclis quae dicatur tyrannis, non errabit, qui hanc tragoediam scriptam putet quo tempore demagogus ille prudentissimus rempublicam Atheniensium gubernabat sine rivali, i. e. ab Olympiade 84. ad 87, 4., ante Chr. n. 429., quo anno mortuus est, media Euripidis aetate, quippe nati Ol. 75, 1. et mortui Ol. 93, 3., ante Chr. n. 406.) Tum quod servus eum domi manere jussit quietum atque tutum, spernit, libenter pericula se aditurum dicens, nec mortem reformidare, qua etiam ignave desides opprimantur (Stob. 117.

— *Κατθανεῖν δ' ὀφείλεται*
καὶ τῷ κατ' οἴκους ἐκτὸς ἡμένῳ πόνων),

cum vel is, qui magnis rebus excidat intereatque, tamen ostendere in morte possit indolem virtutis.

(Stob. 7.

Ἔστι καὶ πταίσαντ' ἀρετὰν ἀποδείξασθαι θανάτῳ.

asynart., pherecrat. et glyc. polyschem.)

11.

Itaque Theseus proficiscitur Athenas. quo ubi pervenit, Chori apud regiam congregati verbis illis excipitur, quae servata sunt a Clemente Alex. Strom. VI, p. 742, 18. et Scholiaste Comici ad

Digitized by Google

Av. 469. Videtur autem Chorus constitisse ex mulieribus Atticis, sicut ex Corinthiis in Medea, similiterque ex feminis in Hecuba, Oreste, Phoenissis, Hippolyto, aliisque plurimis cum Euripidis, tum ceterorum Tragicorum fabulis. sic igitur Chorus conspecto adolescente non vulgaris dignitatis, sed eo, qui vultu, incessu, totoque corporis habitu heroum prisci temporis aemulum indicaret, ab iambicis senariis, quos coryphaeus pronuntiavit, gliscente affectu muliercularum, „in flavo hospite suspirantium," ut suspirasse Ariadnam dicit Catullus carm. LXIV, 98., in cantum doricum evectus:

Ποίαν σε φῶμεν γαῖαν ἐκλελοιπότα
πόλει ξενοῦσθαι τῇδε; τίς πάτρας Θ' ὅρος,
τίς ἐσθ' ὁ φύσας; τοῦ κεκήρυξαι πατρός;
τίς σε μάτηρ ἐν δεκάτᾳ τοῦ τόκου ὀνομάζει; priap. polyschem.

conjungendi enim haud dubie sunt hi versus, quorum postremus tantum legitur apud Scholiasten. et ejus quidem haec sunt verba l. c.: „*Ἐς δεκάτην γάρ ποτε.*" *ὅτι τὴν δεκάτην εἰστίων ἐπὶ τοῖς γενηθεῖσι, καὶ ἐν αὐτῇ τὰ ὀνόματα ἐτίθεντο τοῖς παισί, καθάπερ Εὐριπίδης ἐν Αἰγεῖ*

Τίς σε μᾶτερ ἐν δεκάτᾳ τόκον ὠνόμαζεν:

sed Suidas v. *δεκατεύειν*

Τίς σε μάτηρ ἐν δεκάτᾳ τοῦ τόκου ὠνόμαζεν,

ex quibus restituisse mihi videor genuinam scripturam, accipiens *μάτηρ* a Welckero, et *ὀνομάζει*, verbum elegantis usus et ad metrum accommodatum cessisse arbitratus glossemati, hiatum vero in caesura ferens, ut alias. in senariis quoque lapsi sunt scribae, *πολυξενοῦσθαι* obtrudentes et *γῆ δὲ τίς πάτρας Θ' ὅρος*, quorum illud emendavit Musgravius, hoc Bergkius in libro menstruo „Zeitschrift für Alterthumskunde" a. 1836. p. 79.

II. *ΑΙΟΛΟΣ.*

Stobaeus Serm. LXIV, 35., p. 404. auctore Sostrato *ἐν δευτέρῳ Τυρρηνικῶν: Αἴολος τῶν κατὰ Τυρρηνίαν βασιλεὺς τέκνων ἔσχεν ἐξ Ἀμφιθέας θυγατέρας ἓξ, καὶ τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν ἀρρένων παίδων, ὧν ὁ πρεσβύτατος Μακαρεὺς Κανάκης τῆς ἀδελφῆς ἐρασθεὶς ἐβιάσατο τὴν προειρημένην. Αἴολος δὲ περὶ τούτων μαθὼν τῇ θυγατρὶ ξίφος ἔπεμψεν· ἡ δὲ ὡς νόμον δεξαμένη τὸν σίδηρον αὐτὴν ἀνεῖλε. Μακαρεὺς δὲ τὸν γεννήσαντα προεξιλεωσάμενος ἔδραμεν εἰς τὸν θάλαμον· εὑρὼν δὲ τὴν ἀγαπωμένην αἱμορραγοῦσαν τῷ αὐτῷ ξίφει τὸν βίον περιέγραψε.* Idem narrat Pseudoplutarchus Parall. gr. 28., nisi quod minimum natu Aeoli filiorum dicit Macareum. quibus scriptoribus cum in aliis, tum quod attinet ad mortem amantium, consentiunt Ovidius Heroid. XI. et Hyginus fab. 242. et 243.; sed

Digitized by Google

idem Hyginus fab. 238., quo capite recenset quosdam, qui filias suas occiderunt: „Aeolus," inquit, „Canacen propter incestum cum fratre Macareo admissum." qui cum fere pendeat ex poëtis scenicis, fieri potest, id ut finxerit Euripides, argumentum fabulae variaturus, effectu non minore dramatico. Dionysius Halicarn. Art. rhetor. c. 9. §. 11., quo loco de Euripide agit: — *ἐν τῷ Αἰόλῳ ὁ Μακαρεύς ἐστιν ὁμιλήσας τῇ ἀδελφῇ καταλανθάνων* (minus recte codd. *καὶ λανθάνων*), *καὶ συμβουλεύων τῷ πατρὶ τὰς ἀδελφὰς τοῖς ἀδελφοῖς συνοικίσαι, ἵνα τὸ οἰκεῖον διοικήσηται.* (sic Homerus Odyss. κ', 5. de Aeolo:

Τοῦ καὶ δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροις γεγάασιν,
Ἓξ μὲν θυγατέρες, ἓξ δ' υἱέες ἡβώοντες·
„Ἔνθ' ὄγε θυγατέρας πόρεν υἱάσιν εἶναι ἄκοιτις.")

καὶ οὕτως ἐσχημάτισται ὁ λόγος γνώμῃ καὶ συμβουλῇ. cf. Schol. Aristoph. ad Nub. 1316. Antiquiorem famam secutus Apollodorus I, 7, 3: *Αἴολος δὲ βασιλεύων τῶν περὶ τὴν Θεσσαλίαν τόπων* (Diodorus IV, 67. Aeolum tenuisse dicit *τὴν τότε μὲν Αἰολίδα, νῦν δὲ Θετταλίαν, καλουμένην*) *τοὺς ἐνοικοῦντας Αἰολεῖς προσηγόρευσεν* etc. qui 7 Aeoli filios et 5 filias numerans ne commemorat quidem Macareum, et de Canace hoc tantum refert, eam e Neptuni compressu peperisse Hopleum, Nereum, Epopeum, Aloëum et Triopem. Homeri Aeolum, ventorum regem, inducit Ovidius l. c., in hoc certe discrepans ab Euripide, quem universe expressisse videtur doctis, in quibus Grauerto dissertatione de mediae Graecorum tragoediae natura et forma (v. „Rhein. Mus. von Niebuhr u. Brandis," 1828, II, 50 — 63.). qui cum Aeoli Euripideae argumentum contemnit, tanquam humile et ignobile, non immerito reprehenditur a Welckero („Die griech. Trag.," 2. Abtheil. p. 871.), cum probatum fuisse hoc drama Graecis ex eo intelligatur, quod versus ejus afferunt Aristoteles, Theophrastus, Dicaearchus, Strabo, Plutarchus, Galenus, Sextus Empiricus, Latinorum Cicero, et alii veteres scriptores, in quibus ipsi Comici, quamvis *παρῳδοῦντες*, aut irridentes, velut Aristophanes Ran. 1402, Thesm. 176 sequ., Nub. 1316, et Machon apud Athenaeum XIII, p. 582, c.

Actum est ante Olymp. 89, 1., 423. ante Chr. n., quo anno Nubes docuit Aristophanes, cum in hac comoedia irrideatur, ut annotavit Herm. Zirndorfer dissert. de Chronologia fabularum Euripidearum, quae dissertatio edita est Marburgi, 1839., p. 121.

1.

Dicaearchus libro *περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου*, p. 22. ed. Hudson.; non indicato nomine fabulae:

Ἕλλην γὰρ, ὡς ἔοικε, γίγνεται Διὸς,
τοῦ δ' Αἴολος παῖς, Αἰόλου δὲ Σίσυφος,
Ἀθάμας τε, Κρηθεύς θ', ὅς τ' ἐπ' Ἀλφειοῦ ῥοαῖς
θεοῦ μανεὶς ἔῤῥιψε Σαλμωνεὺς φλόγα.

Digitized by Google

Verba prologi, qui videtur indicasse consilium senis Aeoli et partiendi regnum inter filios, et eos maritandi antequam relinquant paternam domum.

2.

Igitur, fama celebratis instantibus filiorum regiorum nuptiis, Chorus virginum Thessalarum accedit ad regiam et ab aliquo, qui forte adstat, vel famulo egrediente quaerit, quid rei sit:

— *Ἆρ' ἔτυμον φάτιν ἔγνων*, dactyl. tetram.
Αἴολον εὐνάζειν τέκνα φίλτατα;

quorum verborum sedes est in scholiis Aristoph. ad Pac. 114., quae sic habent: („*Ὦ πάτερ, ὦ πάτερ, ἆρ' ἔτυμός γε Δώμασιν ἡμετέροις φάτις ἥκει, Ὡς σὺ*“ etc.) *Τὸ δὲ „ἦ ῥ'* (ita Schol.) *ἔτυμός γε*“ *εἴρηται παρὰ τὸ ἐξ Αἰόλου Εὐριπίδου Ἆρ' ἔτυμος φάτειν ἔγνων Αἴολος εὐνάζειν τε τέκνα φίλτατα.* Seidler. *ἔτυμον —, Αἴολε, σ' εὐν. τε τ. φ.* sed verisimilius est *Αἴολον, τὲ* vero haud dubie sphalma librarii, initium vocabuli *τέκνα* bis scribentis per oscitationem.

3.

Respondet ille Choro, ita videri, sed se nihil certum scire:

Δοξάσαι ἔστι, Κόραι, τὸ δ' ἐτήτυμον οὐκ ἔχω εἰπεῖν,

secundum Aristoph. Pac. 119. et Schol.

4., 5., 6., 7.

Orationem Aeolus habuit ad filios de recte vivendo ac regnando, tum de ducendis uxoribus, cujus orationis principium habent Stobaeus tit. 35. p. 216. et Comicus ejusque scholiastes Thesm. 176.:

Παῖδες, σοφοῦ πρὸς ἀνδρὸς, ὅστις ἐν βραχεῖ
πολλοὺς λόγους οἷός τε συντέμνειν καλῶς.

Praecepta vivendi haec sunt, quae servavit Stobaeus 22. p. 187. et 20. p. 171.

Σιγᾶν φρονοῦντα κρείσσον' εἰς ὁμιλίαν
πεσόντα. τούτῳ δ' ἀνδρὶ μήτ' εἶην φίλος,
μήτε ξυνείην, ὅστις αὐτάρκη φρονεῖν
πέποιθε, δούλους τοὺς φίλους ἡγούμενος.

(libri fere *κρεῖσσον ἢ εἰς ὁμ.*, in quibus *κρεῖσσον ἢ* natum videtur ex *κρείσσονα.* bene Musgrav. *κρείσσον' εἰς ὁμ.*, ut tacere Aeolus jubeat sapientem apud potentiorem.)

—

Ὀργῇ γὰρ ὅστις εὐθέως χαρίζεται,
κακῶς τελευτᾷ· πλεῖστα γὰρ σφάλλει βροτούς.

Jam ad rempublicam recte gubernandam pertinent ista, quae conjuncta attulit Stobaeus 41. p. 240.; 3. et 4. versum laudaverunt

Digitized by Google

Plutarchus t. II. p. 25, c; d, ibidem p. 369, b, et p. 474, a, item Theophrastus Metaphys. p. 269.

Δοκεῖτ' ἂν οἰκεῖν γαῖαν, εἰ πένης ἅπας
λαὸς πολιτεύοιτο πλουσίων ἄτερ;
Οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακὰ,
ἀλλ' ἔστι τις σύγκρασις, ὥστ' ἔχειν καλῶς.
ἃ μὴ γάρ ἔστι τῷ πένητι, πλούσιος
δίδωσ', ἃ δ' οἱ πλοῦντοῦντες οὐ κεκτήμεθα,
τοῖσιν πένησι χρώμενοι τιμώμεθα.

haec ita reddas secundum H. Grotium:

Putatisne hoc regnare, absque locupletibus
si populus omnis pauper urbes inhabitet?
Sejuncta nolunt a malis poni bona,
quae temperata publicam rem promovent.
quod defit inopi, supplet hoc dives manus;
quod non habemus divites, hoc pauperum
labor ministrans nos honoratos facit.

quibus verbis senex vituperat pravam tyrannidem, qualis omni tempore fuit barbarorum, velut tum Persarum, hodie Turcarum, apud quos unus rex censetur liber, ceteri autem servorum loco habentur, quorum quaecunque possident non ipsorum propria sunt, sed regis. contra Aeolus mixtam ex divitibus pauperibusque, mutua sibi officia praestantibus, commendat rem publicam, similem Athenarum.

Quod ad scripturam codicum attinet, ostendunt illi versu 5. *τῷ πένητ' ὁ πλούσιος*, eliso *ι* dativi sing., quod fit perraro (v. ann. ad Alcest. 1070.): quare sequor Erfurdtium Diar. Jen. a. 1811. fol. 17.

8.

Auditis hujusmodi dictis Chorus videtur praedicasse hominum sapientiam, qua et marinas belluas doment fortiores, et feras avesque mansuefaciant.

Plutarchus tom. II. p. 98, e, et p. 959, d.

Ἡ βραχὺ σθένος ἀνέρος· ἀλλὰ Aeol. tetram.
ποικιλίᾳ πραπίδων dactyl. d. hyp.
δεινὰ μὲν φῦλα πόντου, χθονίων τ' ἀερίων τε asynart., cret. dim. et chor. dim. hypercat.
δάμναται παιδεύματα. troch. d. cat.

9., 10.

Tum de nuptiis celebrandis dicturus Aeolus, opinor, vota fecit, ut ex sententia succedant.

Stob. 63. p. 406. et 43. p. 302.

Ἴδοιμι δ' αὐτῶν ἔκγον' ἄρσεν' ἀρσένων,
πρῶτον μὲν εἶδος ἀξίους τυραννίδος·

Digitized by Google

πλείστη γὰρ ἀρετὴ τοῦθ' ὑπάρχον ἐν βίῳ
(Grot.: virtutis etenim magna commendatio est),
τὴν ἀξίωσιν τῶν καλῶν τὸ σῶμ' ἔχειν.

—

λαμπροὶ δ' ἐν αἰχμαῖς Ἄρεος, ἔν τε συλλόγοις
μή μοι τὰ κομψὰ ποικίλοι γενοίατο,
ἀλλ', ὧν πόλει δεῖ, μεγάλα βουλεύοντες εὖ.

quae tam apta sibi sunt, ut ex eodem loco allata esse videantur. συλλόγοις dictum pro ἐκκλησίαις sapit Atticam rempublicam, quod placuerit necesse est spectatoribus Atheniensibus.

11., 12., 13., 14.

Deinde virgines Thessalorum ducendas proponit filiis adeo praestantes forma, genere opibusque, ut illi, diu incerti de optione, tandem, volente patre, in sortem puellas conjicere decernant omnes praeter Macareum, qui Canaces amore flagrans alias conditiones repudiat. velut opes et nobile genus suum praedicanti patri et pariter opulentam ac nobilem puellam eum eligere jubenti, quam ducat, ita respondet, et divitias, quas vel pessimus acquirat, spernens, et ex pecunia aestimatam nobilitatem,

Sext. Empir. adv. Mathem. I, 13. s. 271. et 278., Plut. Moral. p. 34, d, Athen. IV, p. 159, d, Stob. 5. p. 63., 91. p. 507.

Μὴ πλοῦτον εἴπῃς· οὐχὶ θαυμάζω θεὸν,
ὃν χὠ κάκιστος ῥᾳδίως ἐκτήσατο.

— —

Stob. 89. p. 502.

Τὴν δ' εὐγένειαν πρὸς θεῶν μή μοι λέγε·
ἐν χρήμασιν τόδ' ἐστί. μὴ γαυροῦ, πάτερ·
κύκλῳ γὰρ ἕρπει, τῷ μὲν ἔσθ', ὁ δ' οὐκ ἔχει,
κοινοῖσι δ' αὐτοῖς χρώμεθ'· ᾧ δ' ἂν ἐν δόμοις
χρόνον συνοικῇ πλεῖστον, οὗτος εὐτυχής.

Pro εὐτυχὴς Grotius legendum suspicatus est εὐγενὴς, quod Barnesio aliisque placuit, cum bene habeat sententia, eum felicem esse, qui opes incertas atque instabiles quam diutissime conservet.

Ad sortis usum in hac fabula W. pertinere putat versum incertae sedis Euripideum apud Plut. Moral. t. II. p. 965, e,

Ὁ τῆς Τύχης παῖς κλῆρος ἐπὶ τούτῳ ταγείς.

De re ipsa Suidas et Photius v. κλῆρος Ἑρμοῦ: Συνήθεια ἀρχαία. ἔβαλλον οἱ κληροῦντες εἰς ὕδριαν ἐλαίας φύλλον, ὃ προσηγόρευον Ἑρμῆν, καὶ πρῶτον ἐξῄρουν (Suid. ἐξήρει) τοῦτο, τιμὴν τῷ θεῷ ἀπονέμοντες· ἐλάγχανε δὲ ὁ μετὰ τὸν θεόν. Εὐριπίδης ἐν Αἰόλῳ μνημονεύει τοῦ ἔθους τούτου.

15., 16.

Vetulae alicujus virginis conditionem, a patre commendatam, accipere nolentis Macarei videntur esse ista apud Plutarchum Moral. p. 285, b, et Stobaeum 115. p. 592.

Digitized by Google

Ἀλλ' ἢ τὸ γῆρας τὴν κύπριν χαίρειν ἐᾷ,
ἢτ' Ἀφροδίτη τοῖς γέρουσιν ἄχθεται.

Dedi *ἢτ'*, i. e. *ἤτοι*, *Ἀφρ.* pro *ἢ τ' Ἀφρ.*, quod legitur in libris: hoc enim dicit ille, quisquis fuit, aut sponte sua senectutem valedicere amori, aut odio senes esse Veneri. Contra pater juveni juvenem vetat nubere propterea, quod virorum diuturnior sit vigor, mulierum autem pulcritudo citius deflorescat:

Stob. 69. p. 429.

Κακὸν γυναῖκα πρὸς νέαν ζεῦξαι νέον·
μακρὰ γὰρ ἰσχὺς μᾶλλον ἀρσένων μένει,
θήλεια δ' ἥβη θᾶσσον ἐκλείπει δέμας.

17.

Recusando nihil proficiens apud patrem Macareus tandem fatetur verum, et poscit, ut soror sibi detur in matrimonium. quam rem abominante Aeolo, tanquam turpem, ille videtur excusasse *πολυθρύλλητον* illud, quo honesta et turpia ad opinionem hominum referuntur:

Τί δ' αἰσχρὸν, ἢν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ;
Quit turpe, si haud videtur usurpantibus?

Scholiastes Comici ad Ran. 1402. (*Τί δ' αἰσχρὸν, ἢν μὴ τοῖς θεωμένοις δοκῇ;*) *Παρὰ τὸ ἐξ Αἰόλου Εὐριπίδου Τί δ' αἰσχρὸν* etc. Serenus apud Stobaeum V, p. 70.: *Εὐριπίδης εὐδοκίμησεν ἐν θεάτρῳ εἰπὼν „Τί δ' αἰσχρὸν, ἂν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ;" καὶ Πλάτων ἐντυχὼν αὐτῷ „Ὦ Εὐριπίδη," ἔφη, „Αἰσχρὸν τό γ' αἰσχρὸν, κἂν δοκῇ, κἂν μὴ δοκῇ."* similiter Lais apud Machonem Athen. XIII. p. 582, c, d. cf. Plut. Moral. p. 33, c, Porson. ad Eurip. Med. 1343.

18., 19., 20., 21., 22., 23., 24.

Iratus Aeolus, mulieresque verberans convicio (Stob. 71. p. 432.)

Γυναῖκα δ' ὅστις παύσεται λέγων κακῶς
δύστηνος ἆρα κοὐ σοφὸς κεκλήσεται,

e conspectu fugere et in exilium ire jubet Macareum, qui digressus ab eo properat ad Canacen et, quid actum sit, narrat, eique suadet, ut se comitetur profecturum. illa vero, quamvis parata sponsum sequi,

Ἀλλ' ὅμως, inquit plorans, *οἰκτρός τις αἰὼν πατρίδος ἐκλιπεῖν ὅρους*

(Stob. tit. 37. p. 226.), et partu instante differre iter cogitur; quod significant, nisi fallor, verba

Τὰ πόλλ' ἀνάγκη διαφέρει τολμήματα,
Differt incepta plurimum necessitas,

nutricis quidem, ut conjicias: nam ejus haud dubie partes fuerunt in hac tragoedia. Igitur ad patrem redit Macareus, ut ei recon-

Digitized by Google

cilietur; sed priusquam convenit senem, ille gladium misit filiae, quo se occidat: hoc enim verisimilius videtur quam quod tradit Hyginus loco indicato in superioribus, ipsum eam interfecisse. placatus autem Aeolus abripientem se ad sponsam, ut mortem ejus prohibeat, filium sequitur, cum interea Canace partu edito *) se transfixit, et superveniens miserabili facto Macareus eidem gladio incubuit. quo spectaculo perculsus senex sera poenitentia effundit querelas, cujusmodi sunt illae apud Stobaeum 115. p. 590.

Φεῦ, φεῦ, παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει
„Γέροντες ἐσμὲν οὐδὲν ἄλλο πλὴν ὄχλος,
καὶ σχῆμ'!" ὀνείρων δ' ἔρπομεν μιμήματα·
νοῦς οὐκέτ' ἐστὶν, οἰόμεσθα δ' εὖ φρονεῖν.

(minus bene libri *νοῦς δ' οὐκ* etc. restituimus asyndeton epexegeticum, deleta particula, cujus liberales sunt scribae.)

Galenus scripto de Hippocr. et Plat. dogm. IV, 7.

Εἰ μὲν τόδ' ἦμαρ πρῶτον ἦν κακουμένῳ,
καὶ μὴ μακρὰν δὴ διὰ πόνων ἐναυστόλουν,
εἰκὸς σφαδάζειν ἦν ἄν, ὡς νεόζυγα
πῶλον, χαλινὸν ἀρτίως δεδεγμένον·
νῦν δ' ἀμβλύς εἰμι καὶ κατηρτυκὼς πόνων.

Matth.: „Hoc fragmentum H. Steph. in Thes. l. gr. t. III. p. 1155, b, et Barnes. ad Theseum referebant, fortasse quia paulo ante Galenus locum Thesei commemoraverat, post quem pergit *Οὕτω δὲ εἰρῆσθαί φησι καὶ τὰ τοιαῦτα Εἰ μὲν* etc. sed Aeoli esse probabile fit propter haec Grammatici Sangerman. in Bekkeri Anecd. p. 105, 25. *Κατηρτυκέναι ἐλέγοντο οἱ μηκέτι βόλον ἔχοντες ἵπποι. Εὐριπίδης Αἰόλῳ.* — Vocabulum *καταρτύειν* e schola Pythagorica petitum, ubi de ratione formandi componendique per disciplinam ingenii usurpabatur, illustravit Wyttenbach. ad Plut. p. 38, c." etc. Sane haec oratio decet Aeolum infelicem et his liberis, et Sisypho, Athamante, Salmoneo et Alcyone orbatum; neque abludunt ab ea, quae habet Stobaeus 102. p. 558. haec

Ἀεὶ τὸ μὲν ζῇ, τὸ δὲ μεθίσταται κακὸν,
τὸ δ' ἐκπέφηνεν αὖθις ἐξ ἀρχῆς νέον.

Macarei morituri videntur verba apud Stobaeum 96. p. 531.

Γλυκεῖα γάρ μοι φροντὶς οὐδαμῇ βίου.

25., 26., 27., 28., 29.

Choro reliquos superstites ex hac fabula versus tribuerim, nisi forte *Ἐξάγγελος* dixit illa apud Stobaeum 113. p. 584.

*) In postscenio puta. puella Terentiana Andr. III, 1, 15.: „Juno Lucina, fer opem; serva me, obsecro!" ibi Donatus: „Haec vox post scenam tollitur." Neronem Canacen parturientem cantare solitum esse refert Suetonius Ner. c. 21.

Digitized by Google

Οἵ μοι, τίς ἀλγεῖν οὐκ ἐπίσταται κακοῖς;
τίς ἂν κλύων τῶνδ' οὐκ ἂν ἐκβάλοι δάκρυ;

etiam illa, quae Stobaeus servavit Eclog. phys. p. 143.,

Ὁ χρόνος ἅπαντα τοῖσιν ὕστερον φράσει·
λάλος γὰρ ὁὗτος οὐκ ἐρωτῶσιν λέγει.

(male codd., immisso glossemate, et verbo *λάλος*, in quo vis sita est sententiae, thesi occultato: *λάλος ἐστὶν οὗτος*.. malim quoque, quod aptius tragicae orationi, *Ἅπαντα τοῖσιν ὕστερον φράσει χρόνος*.)

dubito, cujus ex persona dicta putem. sed cetera certe sunt Chori, haec videlicet, convenientia rebus gestis, de amore, quem sibi felicem optat, de malo malorum consiliorum exitu, denique de vita hominum fataliter laboriosa.

Stob. 61. p. 386.

Τῇ δ' ἀφροδίτῃ πόλλ' ἔνεστι ποικίλα·
τέρπει τε γάρ μάλιστα καὶ λυπεῖ βροτούς.
τύχοιμι δ' αὐτῆς, ἡνίκ' ἐστὶν εὐμενής.

Idem 4. p. 52.

Κακῆς ἀπ' ἀρχῆς γίγνεται τέλος κακόν.

Idem 106. p. 568.

Μοχθεῖν ἀνάγκη· τὰς δὲ δαιμόνων τύχας
ὅστις φέρει κάλλιστ', ἀνὴρ οὗτος σοφός.

Vereor ut versum

ὅστις | φέρει | κάλλιστ', | ἀνὴρ | οὗτος | σοφὸς,

omni caesura carentem fecerit Euripides: sibilos metuisset spectatorum. duriores etiam isti numeri videntur in re leni, temperantia patientiaque sapientis. Quid multa? mendam subesse puto, vixque dubito quin poëta dixerit

ὅστις φέρει κάλλιστά γ' (vel *κάλλιστ' ἄν*), *ἦν οὗτος σοφός.*

Confusae litterae *γ*, *ν*, *ρ*, ut saepe alias.

Huc referas etiam fragmentum 6., sicut sententiae generales multis rebus vel gestis, vel gerendis, conveniunt; quod minus reputant, qui promtiores quam circumspectiores levibus saepe allatis indiciis nomina fabularum aut personarum assignant versibus incertis, quo nihil fallacius.

30.

Hesychius: *Ἀκρατές: ἀσθενές. Εὐριπ. Αἰόλῳ.*

31.

Strabo VIII. p. 546, b. — *Ἡ δὲ Σαλμώνη* (oppidum in Elide Pisatide) *πλησίον ἐστὶ τῆς ὁμωνύμου κρήνης, ἐξ ἧς ῥεῖ ὁ Ἐνιπεύς. — ἐνταῦθα γὰρ βασιλεῦσαι τὸν πατέρα αὐτῆς* (Tyronis) *Σαλμωνέα, καθάπερ καὶ Εὐριπ. ἐν Αἰόλῳ φησί.*

Digitized by Google

III. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ.

Ἀλέξανδρον, non Ἀλεξάνδραν, inscriptam fuisse Euripidis fabulam et ejusdem argumenti Sophocleam, Osannus Analect. Wolf. II, p. 529.—535. et Brunckius in annotatis ad Sophoclem animadverterunt. Quod ad Euripidem attinet, Alexandri (i. e. Paridis) nomen ostendit marmor a Winckelmanno editum Albanum, idemque habent Stobaei codex Parisinus apud Gaisfordium, Aelianus V. H. II, 8., Clemens Alex. Strom. IV. p. 483. Hesychius quidem:

1.

Ἄῤῥητος κόρη: ἡ Περσεφόνη. Εὐριπίδης Ἀλεξάνδρᾳ. sed nescio an ponendum sit Ἀλεξανδρείᾳ, quemadmodum dicitur Ὀρέστεια, Λυκούργεια, Ἡράκλεια. certe scholiastes ad Hippolytum v. 58.: — Ἕτεροι δέ εἰσι τοῦ Χοροῦ, καθάπερ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, ποιμένες, ubi non est quod reponatur Ἀλεξάνδρᾳ auctore Musgravio: nam pastorum choro quid negotii esse potuerit cum Alexandra, i. e. Cassandra, mihi non magis liquet quam Osanno. Potest tamen, ut nonnulli hanc fabulam appellaverint Alexandram, quia magnae erant in ea partes Cassandrae. neque ab hac diversam, Alexandrae nomine inscriptam, fecisse Euripidem, obstinate negem.

Argumentum Hyginus Fab. 91. exposuisse creditur his verbis: „Priamus, Laomedontis filius, cum complures liberos haberet ex concubitu Hecubae, Cissei sive Dymantis filiae, uxor ejus praegnans in quiete vidit se facem ardentem parere, ex qua serpentes plurimos exiisse. (de serpentibus hic tantum dixit.) Id visum omnibus conjectoribus cum narratum esset, imperant, quidquid pareret, necaret, ne id patriae exitio foret. (idem clamasse Cassandram narrat Euripides Andromacha 291 seqq.) Postquam Hecuba peperit Alexandrum, datur interficiendus; quem satellites misericordia exposuerunt. eum pastores pro suo filio repertum [expositum]*) educarunt, eumque Parim nominaverunt. is cum ad puberem aetatem pervenisset, habuit taurum in deliciis. quo cum satellites missi a Priamo, ut taurum aliquis adduceret, venissent, qui in athlo funebri, quod ei fiebat, („Paridi, quem mortuum credebant.“ Ex Schefferi notis.) poneretur, coeperunt Paridis taurum adducere. qui persecutus est eos et inquisivit, quo eum ducerent; illi indicant se eum ad Priamum adducere („ei“ supplent Barth. et Toll., probantibus viris doctis), qui vicisset ludis funebribus Alexandri. ille amore incensus tauri sui descendit in certamen et omnia vicit (νικᾷ τὰ πάντα, ut ait Homeri Schol. ad Il. δ', 376., i. e. omnium certaminum victor exstitit. v. Muncker.), fratres quoque suos superavit.

*) hoc ex margine irrepsisse putat Osannus, cui assentior. Quanquam ejus scriptoris stilum corrigere est laterem lavare.

Digitized by Google

Indignans Deiphobus gladium ad eum strinxit; at ille in aram Jovis Hercei insiluit. quod (i. e. propter quod) cum Cassandra vaticinaretur eum fratrem esse, Priamus eum agnovit regiaque recepit."

Apollodorus III, 12, 5. *Μετὰ δὲ τὸ αἱρεθῆναι Ἴλιον ὑπὸ Ἡρακλέους — ἐβασίλευσε Ποδάρκης ὁ κληθεὶς Πρίαμος.* (causam mutati nominis v. II, 6, 4.) *καὶ γαμεῖ πρώτην Ἀρίσβην τὴν Μέροπος, ἐξ ἧς αὐτῷ παῖς Ἄισακος γίνεται, ὃς ἔγημεν Ἀστεροπὴν τὴν Κεβρῆνος θυγατέρα, ἣν πενθῶν ἀποθανοῦσαν ἀπωρνεώθη. Πρίαμος δὲ, Ἀρίσβην ἐκδοὺς Τρτάκῳ, δευτέραν ἔγημεν Ἑκάβην τὴν Δύμαντος ἢ, ὥς τινές φασι, Κισσέως, ἢ, ὡς ἕτεροι λέγουσι, Σαγγαρίου ποταμοῦ καὶ Μετώπης. Γεννᾶται δὲ αὐτῇ πρῶτος μὲν Ἕκτωρ· δευτέρου δὲ γεννᾶσθαι μέλλοντος βρέφους, ἔδοξεν Ἑκάβη καθ' ὕπαρ δαλὸν τεκεῖν διάπυρον, τοῦτον δὲ πᾶσαν ἐπινέμεσθαι τὴν πόλιν καὶ καίειν. μαθὼν δὲ Πρίαμος παρ' Ἑκάβης τὸν ὄνειρον Ἄισακον τὸν υἱὸν μετεπέμψατο· ἦν γὰρ ὀνειροκρίτης παρὰ τοῦ μητροπάτορος Μέροπος διδαχθείς. οὗτος εἰπὼν, τῆς πατρίδος γενέσθαι τὸν παῖδα ἀπώλειαν, ἐκθεῖναι τὸ βρέφος ἐκέλευσε· Πρίαμος δὲ, ὡς ἐγεννήθη [τὸ βρέφος], δίδωσιν ἐκθεῖναι οἰκέτῃ κομίσοντι εἰς Ἴδην (ὁ δὲ οἰκέτης Ἀγέλαος ὠνομάζετο)· τὸ δὲ ἐκτεθὲν ὑπὸ τούτου βρέφος πένθ' ἡμέρας ὑπὸ ἄρκτου ἐτράφη· ὁ δὲ σωζόμενον εὑρὼν ἀναιρεῖται, καὶ κομίσας ἐπὶ τῶν χωρίων ὡς ἴδιον παῖδα ἔτρεφεν ὀνομάσας Πάριν. γενόμενος δὲ νεανίσκος, καὶ πολλῶν διαφέρων κάλλει τε καὶ ῥώμῃ, αὖθις Ἀλέξανδρος προσωνομάσθη, λῃστὰς ἀμυνόμενος, καὶ τοῖς ποιμνίοις ἀλεξήσας [ὅπερ ἐστὶ βοηθήσας]. καὶ μετ' οὐ πολὺ τοὺς γονέας ἀνεῦρε.*

Apud Ovidium Heroïd. XVI, 51. Paris de se ipse:

Forma vigorque animi, quamvis de plebe videbar,
indicium tectae nobilitatis erat.

et 357.

Paene puer caesis abducta armenta recepi
hostibus, et causam nominis inde tuli;
paene puer juvenes vario certamine vici,
in quibus Ilioneus Deïphobusque fuit.

Praeter hos Hyginus fab. 273., ubi agit de ludis celebribus, commemorat Nestorem Nelei filium, Jovis Sarpedonem, Neptuni Cygnum, Herculis Telephum, aliosque duo Priami filios Helenum et Politen.

Ipsius tragoediae partes dignoscas tres, quarum prima contineat celebrationem ludorum funebrium et Priami hac occasione querelas, filium, quem mortuum putabat, desiderantis, hominumque mancam atque incertam deflentis felicitatem, quem et Hecubam Chorus Trojanorum, opinor, senum consolatur; altera Paridis victorias, rixamque ex invidentia fratrum ejus inprimis Deïphobi, qui fratrem, virtutem nobili generi divitiisque praeferentem, et pasto-

Digitized by Google

res, opem ferentes alumno suo, objurgat spernitque, tanquam miseros servos, neque ipsi patri, praemiis ornanti personatum pastorem, parcit, secundas agente Choro; denique postrema pars tutum asylo Paridem, ejusque ex vaticinio Cassandrae agnitionem.

Acta est haec fabula Olymp. 91, 1., ante Chr. nat. 416. Aelianus V. H. II, 8. *Κατὰ τὴν πρώτην καὶ ἐννενηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, καθ' ἣν ἐνίκα Ἐξαίνετος ὁ Ἀκραγαντῖνος στάδιον, ἀντηγωνίσαντο ἀλλήλοις Ξενοκλῆς καὶ Εὐριπίδης. καὶ πρῶτός γε ἦν Ξενοκλῆς, ὅστις ποτὲ οὗτός ἐστιν, Οἰδίποδι, καὶ Λυκάονι, καὶ Βάκχαις, καὶ Ἀθάμαντι σατυρικῷ. τούτου δεύτερος Εὐριπ. ἦν Ἀλεξάνδρῳ, καὶ Παλαμήδῃ, καὶ Τρωσί, καὶ Σισύφῳ σατυρικῷ. Γελοῖον δὲ (οὐ γάρ;) Ξενοκλέα μὲν νικᾶν, Εὐριπίδην δὲ ἡττᾶσθαι, καὶ ταῦτα τοιούτοις δράμασι. τῶν δύο τοίνυν τὸ ἕτερον, ἢ ἀνόητοι ἦσαν οἱ τῆς ψήφου κύριοι, καὶ ἀμαθεῖς, καὶ πόρρω κρίσεως ὀρθῆς, ἢ ἐδεκάσθησαν· ἄτοπον δὲ ἑκάτερον, καὶ Ἀθηναίων ἥκιστα ἄξιον.*

1, a.

Stobaeus 103. p. 562.

ΠΡΙΑΜΟΣ — Ὥστ' οὔτις ἀνδρῶν εἰς ἅπαντ' εὐδαιμονεῖ.

1, b.

Idem 123. p. 616. et 113. p. 584.

ΧΟΡΟΣ. Παλαιὰ καινοῖς δακρύοις οὐ χρὴ στένειν . . .

ΠΡ. Οἰδ'. ΧΟΡ. Ἀλλὰ κάμπτειν τῷ χρόνῳ λύπας χρεών.
ΠΡ. Χρή· τοῦτο δ' εἰπεῖν ῥᾷον ἢ φέρειν κακά.
(Concinnius foret hoc *Χρεών· τὸ δ' εἰπεῖν* etc. vulgata habent speciem glossematis.)

1, c.

Stob. 106. p. 568.

ΧΟ. Πάντων τὸ θανεῖν· τὸ δὲ κοινὸν ἄχος anap. dim. *μετρίως ἀλγεῖν σοφία μελετᾷ.*

2, a, b, c.

Idem 60. p. 384., 67. p. 424., 84. p. 493.

ΔΗΙΦΟΒΟΣ. Ἤλεγχον· οὕτω γὰρ κακὸν δοῦλον γένος· γαστῆρ ἅπαντα, τοὐπίσω δ' οὐδὲν φρονεῖ.

His verbis Deïphobus se purgat apud patrem de eo, quod acerbius invectus est in fratrem victorem.

Ἐκ τῶν ὁμοίων οἱ κακοὶ γαμοῦσ' ἀεί.

Oratio ejusdem, ut opinor, pastores contemnentis, ut ignobiles et eos, qui nunquam generosiores spiritus capiant, sed, segregati a liberis nobilibusque, servilia etiam connubia quaerant. Neque alii attribuerim versus proxime sequentes

Digitized by Google

Οὐκ ἔστιν ἐν κακοῖσιν εὐγένεια, παρ'
ἀγαθοῖσι δ' ἀνδρῶν.

2, d.

Cui hoc respondisse videtur Priamus, quod habetur apud Clementem Alex. Strom. VI. p. 621.,

Χρόνος δὲ δείξει σ', ᾧ τεκμηρίῳ μαθὼν,
ἢ χρηστὸν ὄντα γνώσομαί σέ γ', ἢ κακόν.

eo verbo superbiam filii castigaverit senex humanus.

2, e, f, g.

Jam rursus Chori haec existimanda sunt, Priami benevolentiam, qua Paridem excepit atque honoravit, vituperantis:

Stob. 60. p. 384.

Δούλων ὅσοι φιλοῦσι δεσπόται (non δεσποτῶν) *γένος,*
πρὸς τῶν ὁμοίων πόλεμον αἱροῦνται μέγαν.
Quicunque domini diligunt servum genus,
aequalium suscipiunt bellum maximum.

— *Δούλους γὰρ οὐ*
καλὸν πεπᾶσθαι κρείσσονας τῶν δεσποτῶν.
— Servos enim
non utile est habere qui praestent heris,

ut vertit Grotius.

Stob. 4. p. 53.

Ὅθεν δὲ νικᾶν χρῆν σε, δυστυχεῖς ἄναξ,
ὅθεν δέ σ' οὐ χρῆν, εὐτυχεῖς· δούλοισι γὰρ
τοῖς σοῖσι νικᾷς, τοῖς δ' ἐλευθέροισιν οὔ.

bene Musgrav. τοῖς σ. νικᾷς pro τοῖς σοῖσιν ἥκεις.

2, h, i, k, l, m, n, o.

Tantis injuriis Paris irritatus par pro pari reddit, Deïphobi et optimatium fraudem atque superbiam, quamvis lege sancitam, exagitans, qui casu, non ratione aut sapientia, populum subegerint, ut servorum instar famuletur, cum Terra pares creaverit homines, nec genus aut opes et luxuria valeant ad virtutem, paupertas autem misera quidem res sit, sed tamen educet viros laboriosos ac strenuos.

Stob. 60. p. 384.

Ὦ παγκάκιστοι καὶ τὸ δοῦλον οὐ λόγῳ
ἔχοντες, ἀλλὰ τῇ τύχῃ, κεκτημένοι!

Idem 84. p. 492.

— *Περισσόμυθος ὁ λόγος, εἰ*
βρότειον εὐγένειαν εὐλογήσομεν.

Digitized by Google

τὸ γὰρ πάλαι καὶ πρῶθ' ὅτ' ἐγενόμεσθά γ', οὐ
δι' ἀδή γ' ἔκρινεν ἡ τεκοῦσα Γῆ βροτούς,
ὅμοια δὲ χθὼν ὄψιν εἰς ἅπασαν ἄν
πάντ' ἐξεπαίδευσ'· ἴδιον οὐδὲν ἔσχομεν,
μία δ' ἦν γονὴ τὸ δυσγενὲς, τό τ' εὐγενές·
νόμῳ δὲ γαῦρον αὖτ' ἔκραινεν ὁ χρόνος.
τὸ φρόνιμον εὐγένεια καὶ τὸ συνετὸν, ᾧ
θεὸς δίδωσιν, οὐχ ὁ πλοῦτος.

Jacent haec ἄμετρα in libris, legiturque ἐὐγένειαν εἰ βρότ. εὐλογ. — πρῶτον ὅτ' ἐγενόμεθα, διὰ δ' ἔκρινεν ἁ τεκ. γᾶ βρ., ὁμοίαν χθὼν ἅπασιν ἐξεπαίδευσεν ὄψιν, ἴδιον οὐδὲν ἔχομεν· μία δὲ γονὰ τό τ' εὐγενὲς καὶ τὸ δυσγενές· νόμῳ δὲ γ. αὐτὸ κραίνει χρόνος. Dorismis, qui forte invecti sunt, editores decepti haec pro melicis habuerunt, in quibus manifesto iambicus inest typus, apparentque clausulae senariorum, nec lyrica est oratio, sed sedata conveniensque ceteris, quae dicit Paris, moribusque ejus in hac fabula.

Stob. 40. p. 238.

Ἄναξ, διαβολαὶ δεινὸν ἀνθρώποις κακὸν,
ἀγλωσσία δὲ πολλάκις ληφθεὶς ἀνὴρ
δίκαια λέξας ἧσσον εὐγλώσσου φέρει.

His verbis Paris infantiam suam excusat apud Priamum, ne sibi obsit, defendenti, et juste quidem, se et suos contra Deïphobi et Chori criminationes. quo pertinent etiam fragmenta duo, quae sequuntur.

Stob. 91. p. 507.

Ἄδικον δ' ὁ πλοῦτος, πολλὰ δ' οὐκ ὀρθῶς ποιεῖ.

Idem 95. p. 518.

Κακόν τι βούλευμ' ἦν ἄρ' εἰς ἀνανδρίαν
ὁ πλοῦτος ἀνθρώποισιν, αἴ τ' ἄγαν τρυφαί·
πενία δὲ δύστηνον μὲν, ἀλλ' ὅμως τρέφει
μοχθοῦντ' ἀμείνω τέκνα καὶ δραστήρια.

Chorus infestior etiam Paridi quam antea propter prudentem orationem, metuensque, ne Priamus audiat eum, Deïphobique et suam ipsius insolentiam coërceat,

Σοφὸς μὲν οὖν εἶ, Πρίαμ', inquit, ὅμως δέ σοι λέγω,
δούλου φρονοῦντος μᾶλλον ἢ φρονεῖν χρεών
οὐκ ἔστιν ἄχθος μεῖζον, οὐδὲ δώμασι
κτῆσις κακίων, οὐδ' ἀνωφελεστέρα.

quae extant apud Stobaeum 60. p. 383. Hisque senibus violentiores filii regis duce Deïphobo Paridem strictis gladiis invadunt, qui

Digitized by Google

pastoribus trepidantibus, illis autem persequentibus, in aram Jovis Hercei confugit, clamans (Stob. 38. p. 222.)

Οἴμοι θανοῦμαι διὰ τὸ χρήσιμον φρενῶν,
ὃ τοῖσιν ἄλλοις γίγνεται σωτηρία!

causam sibi mortis bonam mentem esse queritur, propter quam alias homines serventur.

3, a, b, c.

Longinus cap. 15.

Ibi considentem supplicem videns Cassandra acclamasse videtur Trojanis, ut opem ferrent regis filio. Virginis divinae prima tantum verba servata sunt a Longino

Ἀλλ', ὦ φίλιπποι Τρῶες,

cum hoc, vel quiddam simile dixerit apud Euripidem

Ἀλλ', ὦ φίλιπποι Τρῶες, οὐκ ἀρήξετε; etc.

Stob. 110. p. 581.

Qua re comperta laetus Priamus, uxorem compellans,

Ἑκάβη, τὸ θεῖον ὡς ἄελπτον ἔρχεται
θνητοῖσιν, ἔλκει δ' οὔποτ' ἐκ ταὐτοῦ τύχας!

Eidemque tribui possunt ista, quae habet Comici scholiastes ad Ran. 100., tanquam ἐξ Ἀλεξάνδρας Εὐριπίδου allata,

— Καὶ χρόνου προὔβαινε. ποῦς,

ut senex paulatim elapso tempore infantem illum expositum evasisse dicat juvenem fortissimum.

Retulit ad hoc drama Musgravius illa, quae leguntur apud Plutarchum Moral. p. 821, b., qui locus sic habet: „Ὥσπερ οὖν τῆς Κασάνδρας ἀδοξούσης ἀνόνητος ἦν ἡ μαντικὴ τοῖς πολίταις,

Ἄκραντα γάρ με, φησίν, ἔθηκε θεσπίζειν θεὸς,
καὶ πρὸς παθόντων κἀν κακοῖσι κειμένων
σοφὴ κέκλημαι, πρὶν παθεῖν δὲ μαίνομαι.

sed non persuadet, siquidem hic non contemnitur vaticinium Cassandrae, sed fidem illi habens Priamus filium agnoscit.

Contra his rebus apta videantur verba quaedam apud Cajum ὑπὲρ Λουκίλλης (Stob. 67. p. 427.), ubi dicit: *Φυλάττομαι δέ τι πικρότερον εἰπεῖν διὰ τὸ τῆς μητρυιᾶς ὄνομα. πολλὰ γὰρ προείληπται τῶν ὀνομάτων εἰς πίστιν ἀπεχθείας, καὶ μητρυιὰ δυσκόλως ἀληθεύειν πιστεύεται. δεῖ δὲ οὐ ταῖς φήμαις τῶν ὀνομάτων ἐξελέγχεσθαι τοὺς τρόπους.* Postremam sententiam Barnesius in Addendis p. 517. cum invenisset apud scriptorem vitae Galeni, quem Renatum Charterium esse ait Porsonus Advers. p. 277., nescio qua suspicione ductus, Euripidi hac fabula vindicare conatus est. quae sententia si revera illius vel alicujus poëtae est (et habet quidem speciem versus trochaïci tetrametri), certe

Digitized by Google

non sic ferenda erat, ut mutatam rei, quae ibi agitur, accommodavit Cajus, sed scribendum restitutis numeris

Δεῖ δὲ τὰς φήμας ὀνομάτων ἐξελέγχεσθαι τρόποις,

Nominum famas probandas esse dico ex moribus.

haec orationi conveniunt Paridis, caventis, ne servi nomen sibi obsit apud Priamum. Metrum vehementiorem loquentis affectum significat.

Brevitatis causa et hic et alias pleraque omittenda nobis sunt, quae similia ex latinis Tragicis Barnesius aliique viri docti attulerunt, cum praesertim insint in illis, quorum nonnisi tenuia reperias apud Graecos vestigia; quemadmodum omnino Latini graecos scriptores, si quos sequuntur, non solent fideliter exprimere sive latinare, ut loquitur Caelius Aurelianus, sed libere imitari, quo usus eorum ad supplenda vel illustranda Graecorum opera imminuitur.

IV. *ΑΛΚΜΑΙΩΝ.*

Hyginus Fab. 73.: Amphiaraus (Argivus), Oeclei et Hypermestrae (sic), Thestii filiae, filius, augur, qui sciret, si ad Thebas oppugnatum isset, se inde non rediturum, [itaque] celavit se, conscia Eriphyle conjuge sua, Talai filia. Adrastus autem, ut eum investigaret, monile aureum ex gemmis fecit et muneri dedit sorori suae Eriphylae, quae doni cupida conjugem prodidit. (at videtur excidisse ante am-) Amphiaraus Alcmaeoni filio suo praecepit, ut post suam mortem poenas a matre exsequeretur. qui postquam apud Thebas terra est devoratus, Alcmaeon, memor patris (fortasse legendum patrii) praecepti, Eriphylen matrem suam interfecit. quem postea Furiae exagitarunt.

Apollodorus III, 7. 5.—7., postquam dixit de bello Epigonorum duce Alcmaeone: *Μετὰ δὲ τὴν Θηβαίων ἅλωσιν αἰσθόμενος Ἀλκμαίων καὶ ἐπ' αὐτὸν δῶρα εἰληφυῖαν Ἐριφύλην τὴν μητέρα*, (Apollod. ibidem 2.: *Λαβοῦσα γὰρ Ἐριφύλη παρὰ Θερσάνδρου τοῦ Πολυνείκους τὸν πέπλον* [Peplo et monili datis, *ἔδνοις* pretiosis, Cadmus Harmoniam, Martis et Veneris filiam, duxerat], *συνέπεισε καὶ τοὺς παῖδας στρατεύεσθαι.*) *μᾶλλον ἠγανάκτησε, καὶ, χρήσαντος Ἀπόλλωνος αὐτῷ, τὴν μητέρα ἀπέκτεινεν. ἔνιοι μὲν μᾶλλον λέγουσι σὺν Ἀμφιλόχῳ τῷ ἀδελφῷ κτεῖναι τὴν Ἐριφύλην, ἔνιοι δὲ ὅτι μόνος. Ἀλκμαίωνα δὲ μετῆλθεν Ἐρινὺς τοῦ μητρῴου φόνου, καὶ μεμηνὼς πρῶτον μὲν εἰς Ἀρκαδίαν πρὸς Ὀϊκλέα* (patrem Amphiarai) *παραγίνεται, ἐκεῖθεν δὲ εἰς Ψωφῖδα* (oppidum Arcadiae) *πρὸς Φηγέα* (regem). *καθαρθεὶς δὲ ὑπ' αὐτοῦ Ἀρσινόην* (Alphesiboeam dictam a Sophocle in Alcmaeone, Pausania VIII, 24., Propertio I, 15, 15.) *γαμεῖ τὴν τούτου θυγατέρα, καὶ τόν τε ὅρμον καὶ τὸν πέπλον ἔδωκε ταύτῃ. γενομένης δὲ ὕστερον*

Digitized by Google

τῆς γῆς δι' αὐτὸν ἀφόρου, χρήσαντος αὐτῷ τοῦ θεοῦ πρὸς Ἀχελῷον ἀπιέναι, καὶ παρ' ἐκείνου πάλιν ὅσια (sacra expiationis. libri π. π. ἐκεῖνον π. διαλαμβάνειν, Commelin. ἐκείνου) λαμβάνειν, (Thucyd. II, 102. Κεῖνται δὲ καὶ τῶν νήσων τῶν Ἐχινάδων αἱ πολλαὶ καταντικρὺ Οἰνιάδῶν, τοῦ Ἀχελῴου τῶν ἐκβολῶν οὐδὲν ἀπέχουσαι, ὥστε μέγας ὢν ὁ ποταμὸς προσχοῖ ἀεί, καὶ εἰσι τῶν νήσων αἱ ἠπείρωνται. — ἔρημοι δ' εἰσὶ καὶ οὐ μεγάλαι. Λέγεται δὲ καὶ Ἀλκμαίωνι τῷ Ἀμφιάρεω, ὅτε δὴ ἀλᾶσθαι αὐτὸν μετὰ τὸν φόνον τῆς μητρὸς, τὸν Ἀπόλλω ταύτην τὴν γῆν χρῆσαι οἰκεῖν, ὑπειπόντα, οὐκ εἶναι λύσιν τῶν δεινμάτων πρὶν ἂν εὑρὼν ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ κατοικίσηται, ἥτις, ὅτε ἔκτεινε τὴν μητέρα, μήπω ὑπὸ ἡλίου ἐωρᾶτο [μηδὲ γῆ ἦν], ὡς τῆς γε ἄλλης αὐτῷ μεμιασμένης. ὁ δ' ἀπορῶν, ὥς φασι, μόλις κατενόησε τὴν πρόσχωσιν ταύτην τοῦ Ἀχελῴου, καὶ ἐδόκει αὐτῷ ἱκανὴ ἂν κεχῶσθαι δίαιτα τῷ σώματι ἀφ' οὗπερ κτείνας τὴν μητέρα οὐκ ὀλίγον χρόνον ἐπλανᾶτο. καὶ κατοικισθεὶς ἐς τοὺς περὶ Οἰνιάδας τόπους ἐδυνάστευσέ τε, καὶ ἀπὸ Ἀκαρνᾶνος παιδὸς ἑαυτοῦ τῆς χώρας τὴν ἐπωνυμίαν ἐγκατέλιπε. Hisce explicatur τὸ πρὸς Ἀχελῷον ἀπιέναι apud Apollodorum, qui de se significationem adjecit loci, quem deus obscure, pro more suo, indicaverat.) τὸ μὲν πρῶτον πρὸς Οἰνέα παραγίνεται εἰς Καλυδῶνα, καὶ ξενίζεται παρ' αὐτοῦ· ἔπειτα ἀφικόμενος εἰς Θεσπρωτοὺς τῆς χώρας ἀπελαύνεται· τελευταῖον δὲ ἐπὶ τὰς Ἀχελῴου πηγὰς παραγενόμενος καθαίρεταί τε ὑπ' αὐταῦ, καὶ τὴν ἐκείνου θυγατέρα Καλλιῤῥόην λαμβάνει, καὶ ὃν Ἀχελῷος προσέχωσε. τόπον κτίσας κατῴκησε. Καλλιῤῥόης δὲ ὕστερον τόν τε ὅρμον καὶ τὸν πέπλον ἐπιθυμούσης λαβεῖν, καὶ λεγούσης οὐ συνοικήσειν αὐτῷ, εἰ μὴ λάβοι ταῦτα, διὸ (suspicor ponendum esse ταῦτα δή,) παραγενόμενος εἰς Ψωφῖδα Ἀλκμαίων Φηγεῖ λέγει τεθεσπίσθαι τῆς μανίας ἀπαλλαγὴν ἑαυτῷ, ὅταν τὸν ὅρμον εἰς Δελφοὺς κομίσας ἀναθῇ καὶ τὸν πέπλον. (Alii narrant, revera id factum esse e responso Apollinis Delphici, et affert ex Ephori Historiarum libro XXX. Athenaeus VI. p. 232. ipsum oraculum hujusmodi:

Τιμῆέν μ' αἰτεῖς δῶρον μανίαν ἀποπαῦσαι·
καὶ σὺ φέρειν τιμῆεν ἐμοὶ γέρας, ᾧ ποτε μήτηρ
Ἀμφιάρεων ἔκρυψ' ὑπὸ γῆν αὐτοῖσι σὺν ὅπλοις.

verum id abhorret ab oeconomia horum dramatum: quare mutatum est a poëta.) ὁ δὲ πιστεύσας δίδωσι. μηνύσαντος δὲ θεράποντος, ὅτι Καλλιῤῥόη ταῦτα λαβὼν ἐκόμιζεν, ἐνεδρευθεὶς ὑπὸ τῶν Φηγέως παίδων, ἐπιτάξαντος τοῦ Φηγέως, ἀναιρεῖται. Ἀρσινόην δὲ μεμφομένην οἱ τοῦ Φηγέως παῖδες ἐμβιβάσαντες εἰς λάρνακα κομίζουσιν εἰς Τεγέαν καὶ διδόασιν Ἀγαπήνορι, καταψευσάμενοι τὸν Ἀλκμαίωνος αὐτῆς φόνον. Καλλιῤῥόη δὲ τὴν Ἀλκμαίωνος ἀπώλειαν μαθοῦσα, πλησιάζοντος αὐτῇ τοῦ Διὸς, αἰτεῖται τοὺς γεγεννημένους παῖδας ἐξ

Digitized by Google

Ἀλκμαίωνος αὐτῇ γενέσθαι τελείους, ἵνα τὸν τοῦ πατρὸς τίσωνται φόνον. γενόμενοι δὲ ἐξαίφνης οἱ παῖδες τέλειοι ἐπὶ τὴν ἐκδικίαν τοῦ πατρὸς ἐξῆεσαν. κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ καιρὸν οἵ τε Φηγέως παῖδες Πρόνοος καὶ Ἀγήνωρ, εἰς Δελφοὺς κομίζοντες ἀναθεῖναι τὸν ὅρμον καὶ τὸν πέπλον, καταλύουσι πρὸς Ἀγαπήνορα, καὶ οἱ τοῦ Ἀλκμαίωνος παῖδες Ἀμφότερός τε καὶ Ἀκαρνάν· καὶ ἀνελόντες τοὺς τοῦ πατρὸς φονέας, παραγενόμενοί τε εἰς Ψωφῖδα καὶ παρελθόντες εἰς τὰ βασίλεια, τόν τε Φηγέα καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κτείνουσι, διωχθέντες δὲ ἄχρι Τεγέας, ἐπιβοηθησάντων Τεγεατῶν καί τινων Ἀργείων, ἐσώθησαν, εἰς φυγὴν τῶν Ψωφιδίων τραπέντων. δηλώσαντες δὲ τῇ μητρὶ ταῦτα, τόν τε ὅρμον καὶ τὸν πέπλον ἐλθόντες εἰς Δελφοὺς ἀνέθεντο κατὰ πρόσταξιν Ἀχελῴου. πορευθέντες δὲ εἰς τὸν Ἤπειρον συναθροίζουσιν οἰκήτορας, καὶ κτίζουσιν Ἀκαρνανίαν.

Εὐριπίδης δέ φησιν, Ἀλκμαίωνα κατὰ τὸν τῆς μανίας χρόνον ἐκ Μαντοῦς Τειρεσίου παῖδας δύο γεννῆσαι, Ἀμφίλοχον καὶ θυγατέρα Τισιφόνην, κομίσαντα δὲ εἰς Κόρινθον τὰ βρέφη δοῦναι τρέφειν Κορινθίων βασιλεῖ Κρέοντι. καὶ τὴν μὲν Τισιφόνην, διενεγκοῦσαν εὐμορφίᾳ, ὑπὸ τῆς Κρέοντος γυναικὸς ἀπεμποληθῆναι, δεδοικυίας μὴ Κρέων αὐτὴν γαμετὴν ποιήσηται· τὸν δὲ Ἀλκμαίωνα ἀγοράσαντα ταύτην ἔχειν, οὐκ εἰδότα τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα θεράπαιναν, παραγενόμενον δὲ εἰς Κόρινθον ἐπὶ τὴν τῶν τέκνων ἀπαίτησιν καὶ τὸν υἱὸν κομίσασθαι, καὶ Ἀμφίλοχος κατὰ χρησμοὺς Ἀπόλλωνος Ἀμφιλοχικὸν Ἄργος ᾤκησεν.

Quod pridem suspicatus est Bentlejus Epist. ad Mill. p. 467. sequ., minimum duplex Euripidis tragoedia fuit Alcmaeonis nomine inscripta, altera *Ἀλκμαίων ὁ διὰ Ψωφῖδος*, altera *Ἀ. ὁ διὰ Κορίνθου*, h. e. *ὁ ἐν Ψωφῖδι, ὁ ἐν Κορίνθῳ*, quemadmodum non solum Herodotus I, 25. dixit *θέης ἄξιον διὰ πάντων τῶν ἐν Δελφοῖσι ἀναθημάτων*, et VIII, 37. *διὰ πάντων φασμάτων ἄξια θαυμάσαι μάλιστα*, ibidemque 69. *ἅτε ἐν πρώτοισι τετιμημένης διὰ πάντων τῶν συμμάχων*, pro *ἐν πᾶσιν ἀναθήμασιν, ἐν πᾶσι φάσμασιν, ἐν πᾶσι συμμάχοις*, verum etiam Athenaeus 93, f, de margarita in concha sua *αὔξεται διὰ τοῦ στερεοῦ τῆς κόγχης* pro *ἐν στερεῷ τ. κ.*, „in dura parte, non in carnosa, conchae," Latini „Per omnia" pro In omnibus etc. Earum tragoediarum priorem celebriorem cogitaverit Aristophanes Equ. 1202. (1299.), quae fabula acta est Olymp. 88, 4., ante Chr. nat. 425. alteram autem verisimile est dici in scholio ad Ran. 67. (*Οὕτω δὲ καὶ αἱ διδασκαλίαι φέρουσι, τελευτήσαντος Εὐριπίδου τὸν υἱὸν αὐτοῦ δεδιδαχέναι ὁμωνύμως· ἐν ἄστει Ἰφιγένειαν τὴν ἐν Αὐλίδι, Ἀλκμαίωνα, Βάκχας.*) quam tragoediam Euripidis filius docuit Olymp. 93, 3., ante Chr. nat. 406. recte enim Matth. existimat, cum adeo diversa sint argumenta

Digitized by Google

reliquiarum, quibus Alcmaeonis nomen adscriptum est, non duplicem hanc ejusdem tragoediae recensionem intelligendam esse, sed alteram fabulam, quemadmodum in manibus habemus duas Iphigenias. Quanquam ne sic quidem prorsus explanata res videtur, sed potius statuendum est, quod Bentlejo in mentem venit, tria de Alcmaeone dramata composuisse Euripidem, quorum primo expiatus fuerit Alcmaeon a Phegeo, secundo liberos ex Mantone repetiverit Corinthi, tertio iterum expiatus ab Acheloo Callirrhoen duxerit et suasu ejus ad Phegeum profectus perierit. Sane vix fieri potuit, ut tot res tam diversae, tantisque temporum intervallis disjunctae, in ambitum duarum fabularum compingerentur. hanc igitur ego rationem secutus sumsi Alcmaeonem Psophide, Alcmaeonem Corinthi, et Alcmaeonem simpliciter dictum.

a) ΑΛΚΜΑΙΩΝ Ο ΔΙΑ ΨΩΦΙΔΟΣ.

a, 1.

Hesychius. *Ἀτενής· Ἥκω δ' ἀτενὴς ἀπ' οἴκων. Εὐριπίδης Ἀλκμαίωνι τῷ διὰ Ψωφῖδος.*

Alcmaeonis verba Phegeum convenientis, quae verba cum haud dubie metro iambico conscripta fuerint, nescio an ponendum sit, restituto vocabulo, quod officiente simili videtur neglectum esse, ut saepius accidit,

— Ἥκω δὲ δὴ
ἀτενὴς ἀπ' οἴκων.

recta se Argis venisse dicit.

a, 2, 3, 4.

Sequuntur particulae narrationis, qua, postquam Phegeo supplicavit, de se et Amphiarao, matrisque caede exposuit Alcmaeon. Stobaeus 22. p. 188.

Ταπεινὰ γὰρ χρὴ τοὺς κακῶς πεπραγότας
λέγειν, ἐς ὄγκον δ' οὐκ ἄνω βλέπειν τύχης.
Demissa fari cladibus pressos decet,
non pristinae respicere fortunae decus. Grot.

Scholiastes Aristotelis ad Eth. III, 1, 8. — *Παρατίθεται τὸν παρ' Εὐριπίδῃ Ἀλκμαίωνα, ὡς δι' εὐτελῆ τινα ὑπομείναντα μητροκτονῆσαι. λέγει γὰρ παρ' αὐτῷ ὁ Ἀλκμαίων*

Μάλιστα μέν μ' ἐπῆρ' ἐπισκήψας πατὴρ,
ὅθ' ἅρματ' εἰσέβαινεν εἰς Θήβας ἰών.

perperam libri *Εὐριπίδην*.

Idem ibidem: — *καὶ καταρασαμένου* (non *— σομένου*) *αὐτοῦ* (Amphiaraum dicit), *εἰ μὴ ἀποκτείνῃ, ἀκαρπίαν τε γῆς καὶ ἀτεκνίαν.* ex quibus eruas senarium *Ἀτεκνίαν τ' ἀρᾶτο, γῆς τ' ἀκαρπίαν.*

Digitized by Google

a, 5, 6, 7, 8.

Schol. Pindari Nem. 4, 32. *Ἀμφιτρύωνος ἀντὶ πατρωνυμικοῦ, τοῦ Ἀμφιτρυωνίδου· — ὡς Ὅμηρος λέγει* (Il. Θ', 479.) *Ὑπερίονος Ἠελίοιο ἀντὶ τοῦ Ὑπεριονίδου, καὶ Εὐρ.*

Ὅ σοι χρυσοῦν ἀπώλεσ' Οἰδίπους δ' ἐμὲ,
χρυσοῦν ἐνεγκὼν ὅρμον εἰς Ἄργους πόλιν.

Scribo *Ὁ συγκροτῶν μ' ἀπώλεσ', Οἰδίπου γέ μοι χρυσοῦν* etc. saepe confusa *υ* et *οι*, *κ* et *χ*, *ο* et *υ*, *σ* et *τ*, ne dicam de similibus facileque inter se permutandis *ου* et *ω*: hinc, puto, error in verbis *Ὅ σοι χρυσοῦν*. certe Polynices aptissime dicitur *ὁ συγκροτῶν*, „concitator," qui stimulavit Argivorum principes ad suscipiendum bellum Thebanum; nec minus recte mundus iste muliebris vocatur Oedipi sive Oedipodeus, qui a Cadmo ad Oedipum ejusque filios pervenisse putaretur. Ceterum haec loquitur Amphiaraus, cujus personae etiam sequentia tria fragmenta tribuo, etsi illa *Βροτοῖς — φέρειν* ipsi quoque Alcmaeoni vel Choro apta sunt.

Stob. 22. p. 187.

Βροτοῖς· τὰ μείζω τῶν μέσων τίκτει νόσους,
θεῶν δὲ θνητοὺς κόσμον οὐ πρέπει φέρειν.

negat Amph. Harmoniae mundum divinum convenisse mortali feminae Eriphylae.

Idem 67. p. 423.

Γυναῖκα κἀφέλειαν ἀνδρὶ καὶ νόσον
φέρειν μεγίστην ἂν ἐδίδαξ' ἐμῷ λόγῳ.

Vulgo: *Γ. καὶ ὠφέλειαν καὶ νόσον ἀνδρὶ φέρει μεγ. ἐδίδαξα τοὐμῷ λόγῳ.*, Matth. *κἀφ.*, Valck. *φέρειν*, cetera nos expedivimus.

Priscianus lib. XVIII, 25.

Ἡ τοῦ τεκόντος οὐδὲν ἐντρέπει πατρός;

codex Monacensis apud Spengel. ad Varronem p. 624. *ΕΤΤΟΥ ΤΕΚΟΤΟϚ ΟΥΔΕΝ ΕΝΡΕΠΗ ΠΑΤΡΟΣ*, *η* et *ε* permutatis, ut opinor. alii libri sic vel similiter *ἐπ' οὔτ' ἐκόντος —*. Putsch. *Τί τοῦτ' ἐκόντος —*, unde Musgrav. *Τί; τοῦ τεκόντος —*. Krehl. apud Priscianum,. Grotio et Barnesio auctoribus, *Ἐπεὶ τεκόντος —*, temere omisso articulo, etc.

His Amph. incitat filium haesitantem; nec frustra.

a, 9.

Aristoteles Eth. V, 9.

ΑΛΚΜΑΙΩΝ. Μητέρα κατέκταν τὴν ἐμήν. βραχὺς λόγος.
ΦΗΓΕΤΣ. Ἑκὼν ἑκοῦσαν, ἢ οὐ θέλουσαν οὐ θέλων;

Immisi personas, neque tuli inconcinnum *ἢ οὐ θέλ. οὐχ ἑκών.* assentior autem Welckerō, haec ad Alcmaeonem referenti invitis scholiastis philosophi, qui ex Bellerophonte depromta esse narrant.

Digitized by Google

a, 10.

Expiatus igitur a Phegeo Alcmaeon filiam quoque ejus Arsinoen sive Alphesiboeam (quod fortasse cognomen fuit regiae virginis: v. Iliad. σ', 593.) in matrimonium accipit.

Suidas v. *Πενθερά*, Photius ibidem p. 300 ed. Herm. *Πενθερὰ τῷ νυμφίῳ ὁ τῆς κόρης μήτηρ, καὶ πενθερὸς ὁ πατήρ. Εὐρ. δὲ γαμβρὸν αὐτὸν παρὰ τάξιν λέγει. ὁ γοῦν Ἀλκμαίων τῷ Φηγεῖ φησι*

Καί γ', ὦ γεραιὲ, τήνδε παῖδα δοὺς ἐμοὶ
γαμβρὸς νομίζει, καὶ πατὴρ σωτήρ τ' ἐμός.

καί γε παῖδα, „ipsam quoque filiam" praeter beneficium expiationis. libri *Καί σ'*, quod varie tentaverunt. notum, Γ et Ϲ litteras confusas interdum esse a librariis. igitur his verbis Alcmaeon gratias agit Pheneo de filia desponsa. Suidae libri itidem mendose *γαμβρὸν*, sed Phot. *γαμβρὸς*, quod etiam illum in animo habuisse ex ejus explicatione intelligitur.

Expiatus A. modo Psophide, modo Argis videtur habitasse per longius tempus, quo tempore ignarus ignaram emit filiam Tisiphonen, quam zelotypa Creontis uxor vendiderat.

a, 11.

Aristoph. Equ. 1202.

Οὐδ' ἐπυνθάνεσθε ταῦτ', ὦ παρθένοι, τὰν τῇ πόλει;

Verba *Ἐξαγγέλου*, opinor, ad Chorum virginum Arcadicarum, quae ad regiam convenerant, quaerit homo, an nondum audiverint, quid acciderit in urbe; advenisse matricidam etc.

a, 12.

Stob. 60. p. 384. et 47. p. 343.

α. Μέτεστι τοῖς δούλοισι δεσποτῶν νόσου.

β. Φεῦ, φεῦ, τὰ μεγάλα μεγάλα καὶ πάσχει κακά!

Tristem, puto, Tisiphonen videntes choricae virgines causam doloris sciscitatae erant, et illa responderat, herum, quamvis expiatum et maximis ornatum fortunis, tamen identidem affligi, ipsamque simul, ut deceat fidelem servam. cui orationi apta sunt commiserantis egregiam puellam Chori verba

Heu, magnae magnis res malis obnoxiae!

a, 13.

Hesychius. *Ἀργαίνειν: λευκαίνειν. Εὐρ. Ἀλκμαίωνι διὰ Ψωφίδος.* Eustathius p. 1430; 62. *Ἐκεῖθεν καὶ „ἀργᾶντες ταῦροι" παρὰ Πινδάρῳ, καὶ „ἀργαίνειν" τὸ λευκαίνειν παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἀλκμαίωνι.*

Digitized by Google

b) *ΑΛΚΜΑΙΩΝ Ὁ ΔΙΑ ΚΟΡΙΝΘΟΥ.*

Serius, opinor, quam voluit, metuens scilicet Arsinoës odium novercale, Alcmaeon Corinthum profectus est receptum liberos suos ex Mantone.

b, 1.

Schol. Hesiodi ad Scut. Herc. in codice Schellersheim. p. 61., apud Creuzerum Melet. I. p. 65. *Ὥσπερ ἐν Ὀρέστῃ* (140.) „*Σῖγα, σῖγα, λευκὸν* (sic; codd. Euripidei *λεπτὸν*) *ἴχνος ἀρβύλης,*“ *καὶ ἐν Ἀλκμαίωνι τῷ διὰ Κορίνθου „Φίλε φίλε πρόβατε μόλε τίς· ὁ δὲ σποδαπὸς ὁ ξένος Κορίνθιος ἔμολε ἀγχίαλος.*“ Bene H apud Matth. p. 24. *Φίλαι, φίλαι, π., μόλετε. τίς ὅδε, ποδαπὸς — Κορινθίοις ἔμολεν —.* item recte alii *ἀγχιάλοις.* Scribamus

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ α'. Φίλαι, φίλαι, πρόβατε, μόλετε! iamb. dim. hyp.

ΗΜΙΧ. β'. Τίς ὅδε; ποδαπὸς ὁ ξένος troch. dim. catal.

Κορινθίοισιν ἔμολεν ἀγχιάλοισιν; asynart., iamb. hyp. et pherecrat.

Ita Chorus Corinthiarum, accedentem ad regiam Alcmaeonem conspicatus.

b, 2.

Stob. 88. p. 500.

Ὦ παῖ Κρέοντος, ὡς ἀληθὴς ἦν ἄρα,
ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν ἐσθλὰ γίγνεσθαι τέκνα,
κακῶν δ' ὅμοια τῇ φύσει τῇ τοῦ πατρός!

Ingeniose W. suspicatur, Alcmaeoni, dum intrat regiam, occurrentem ipsius filium Amphilochum habitum ab eo esse pro Creontis filio, cumque comiter ab eo exceptus esset, sic eum laudasse indolem pueri. Mox tamen, postquam convenit Creontem, certior factus, suum esse, receptum abduxit, domique etiam Tisiphonen, qua quid factum esset se scire negaverit Creontis uxor, vel certis signis, vel ab aliquo edoctus, agnovit, gratiasque egit puellae de cura, quam sui et habuit serva, et in posterum se habituram pie promittit, dicens (Stob. 77. p. 455.)

Τί πλεῖον εἶναι παῖδας ἀνθρώποις, πάτερ,
εἰ μὴ 'πὶ τοῖς δεινοῖσιν ὠφελήσομεν;
Quid liberos habere juvet homines, pater,
si non feramus liberi afflictis opem?

Libri *Ἢ τί πλέον εἶναι* etc. sed *πλέον* non est usus Attici. recte Valck. Diatr. p. 150, a. *Τί πλεῖον* etc. „Litteram *η*,“ inquit, „peperit sequens *τί*.“

b, 3.

Nobilem filiae animum admiratus A. sua matricidae culpa factum esse queritur, ut diu illa servitii jugo premeretur: a libe-

Digitized by Google

ris enim deum poenas expetere commissorum a parentibus piaculorum,

Τὰ τῶν τεκόντων ὡς μετέρχεται θεὸς
μιάσματα (Stob. 77. p. 454.).

c) *ΑΛΚΜΑΙΩΝ.*

Tertia fabula de Alcmaeone, quam sumendam esse existimavimus, suprema viri fata explicavit. Cum enim ob culpam adhuc in eo haerentem sterilitate agrorum affligerentur Psophidii, consultus Apollo Delphicus Alcmaeonem eam terram quaerere et habitare deinceps jussit, quae, quo tempore occidisset matrem, nondum fuisset. quam terram ille investigans forte devenit ad Acheloum natasque ex alluvione fluvii insulas Echinadas, et monstratam oraculo sedem agnoscens adiit Acheloum, qui tantas deorum iras leniturus iterum eum expiavit, mox etiam Callirrhoen ei filiam despondit. sed recusavit ejus nuptias virgo, nisi prius fatale illud monile et peplum Cadmeum accepisset. igitur Psophidem profectus Alcmaeon ficto oraculo persuasit Phegeo, ut redderet mundum, eumque laetus abstulit, sed dolo apertō per servum a persequentibus senis irati filiis ipse interfectus est et vicem mariti dolens Arsinoë in arcam inclusa, Tegeamque abducta ad Agapenorem, tanquam caedis affinis. qua re comperta Callirrhoë, ab Jove amata, oravit deum ut ejus voluntate filii sui ex Alcmaeone Amphoterus et Acarnan subito adolescerent. annuit Jupiter, itaque illi Psophidem properant et mundum istum Delphis dedicaturos Phegei filios in itinere invadunt, occiduntque, et propulsati a Psophidiis Tegeam aufugiunt, opem ferentibus Tegeatibus, tum, jussu Acheloi Delphis consecrato mundo, quem abstulerant, colonis collectis in Epiro, Acarnaniam condunt.

Scena dramatis Psophide cogitanda est, et chorus e Psophidiis, opinor, mulieribus constitit, apud regiam congregatis nuncio allato de morte filiorum regis et fuga Phegei: neque enim ipsum quoque occidi fecit Eurip., aliam atque Apollodorus famam secutus.

c, 1.

Crameri Anecd. gr. t. III. p. 194. *Τοιοῦτον δέ τι δοκεῖ τὸ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν τῷ διὰ Ψωφῖδος Ἀλκμαίωνι·*

Αἷμα γάρ, φησί, σὸν μήτηρ ἀπενίψατο.
τούτεστι καθάρει τινὶ τὸν τῆς μητροκτονίας ἀπενίψατο μολυσμόν.

Versum restituas sic scribendo

Ὅδ' αἷμα γάρ σοι μήτριον ἀπενίψατο;

ut Achelous, audita Alcmaeonis narratione, quaerat, an revera jam ante Phegeus eum expiaverit, nec tamen placatum sit numen.

Digitized by Google

c, 2.

Stob. 60. p. 384.

Ὅστις δὲ δούλῳ φωτὶ πιστεύει βροτῶν,
πολλὴν παρ' ἡμῖν μωρίαν ὀφλισκάνει.

Verba Chori, postquam audivit, proditum a servo Alcmaeonem occidisse.

c, 3.

Idem 22. p. 187.

Ὁρᾶτε τὸν τύραννον, ὡς ἅπαις γέρων
φεύγει. φρονεῖν δὲ θνητὸν ὄντ' οὐ χρὴ μέγα.

Ejusdem oratio, Phegei senis orbi fugam videntis.

c, 4.

Erotianus v. *σκεθροτέραν* p. 342. *Βακχεῖος ἐν ᾷ φησιν ἀληθεστέραν, ἀλλ' οὐκ ὀρθῶς. κεῖται [καὶ] ὁτὲ μὲν ἀντὶ τοῦ ἀληθοῦς, ὁτὲ δὲ ἀντὶ τοῦ ἀκριβοῦς λογισμοῦ τὸ σκεθρόν· ὡς καὶ Εὐρ. ἐν Ἀλκμαίωνί φησι*

Γυναῖκες, ὁρμήθητε, μήδ' ἀθυμίαν
σχέθῃ τις ὑμῶν· ταῦτα γὰρ σκεθρῶς ὁρᾶν
ἡμᾶς ἀνάγκη τοὺς νομίζοντας τέχνην.

Ita codices, nec de vocabulo *τέχνην* dubitant interpretes, dubitant de verbis *ἀθυμίαν σχέθῃ*, quae tam sana sunt quam quae maxime. secure Grotius haec, in quibus scripsit *μήδ' ἀθυμίᾳ σχεθῇ τις ὑμῶν*, ita reddidit

Jam pergite ergo, feminae, nec cuipiam
delinquat animus: ista cum cura omnia
speculanda nobis artis hoc profitentibus.

Vellem ille vel alius quicunque docuisset, quam hisce in rebus artem dicere potuerit Tragicus. Id dum fiat, interim repono *τύχην*, quod vocabulum et simile *τέχνην* saepius sibi invicem offecisse constat. Ita haec videtur esse oratio amici regum Psophidiorum, Chori mulieres domum ire jubentis, neque dejecto esse animo propter occisos regis filios, ipsiusque fugam. „Patienter enim," inquit, „ejusmodi casum adspicere debemus nos, reputantes, opus esse fati, quod cuique impendeat." Hesychius inter alia: *Σχεδρός* (forma Attica: v. Schneider. lex. gr. v. *Σκεθρός*): *τλήμων, καρτερικός.*

V. *ΑΛΚΜΗΝΗ.* (*ΛΙΚΥΜΝΙΟΣ.*)

Longus sim, si sententias de hoc dramate virorum doctorum excutere omnes velim, tanta est fabularum de Alcmena varietas, tamque et parvus ipsius tragoediae reliquiarum numerus, et earum exigua vis ad definiendum ejus argumentum. Id enim investigantem aut nihil, aut non multum juvant loci communes hujusmodi

Digitized by Google

1.

Stob. 39. pag. 241.

Ἀτρεκεια δ' ἄριστον anap. hyp.
ἀνέρος ἐν πόλει δικαίου πέλει. dochm.

(libri *ἀνδρὸς* obscurato metro, quod facile agnoscas.)

2.

Idem 43. p. 302.

Τὸν εὐτυχοῦντα χρὴ σοφὸν πεφυκέναι.

3.

Idem 81. p. 474.

Δεινόν τι τέκνων φίλτρον ἔθηκεν
θεὸς ἀνθρώποις.

4.

Idem 90. p. 505.

Ἀλλ' οὐδὲν ἠύγένεια πρὸς τὰ χρήματα·
τὸν γὰρ κάκιστον πλοῦτος εἰς πρώτους ἄγει.

5.

Idem 91. p. 507.

Σκαιόν τι χρῆμα πλοῦτος ἢ τ' ἀπειρία.

(*πλ. ἢ τ' ἀπ.* hendiadys pro *πλοῦτος ἄπειρος, πλούσιοι ἄπειροι.*)

6.

Idem 106. p. 568.

Ἀλλ' εὖ φέρειν χρὴ συμφορὰς τὸν εὐγενῆ.

7.

Idem 110. p. 581.

Θάρσει· τάχ' ἄν γένοιτο πόλλ' ἐν τοῖς θεοῖς,
κἀκ τῶν ἀέλπτων εὔπορ' ἀνθρώποις πέλει.

(vulgo — *γένοιτο· πολλὰ τοῖς θ.* etc., quod alii aliter tentaverunt. *ἐν τοῖς θεοῖς* „per deos," deorum auxilio. Eurip. Ione 589. *Καλῶς ἔλεξας, εἴπερ, οὓς ἐγὼ φιλῶ, Ἐν τοῖσι σοῖσιν εὐτυχήσουσιν λόγοις* etc.).

8.

Idem 96. p. 530.

Ἀλλ' ἡμέρα τοι πολλὰ καὶ μέλαινα νὺξ
τίκτει βροτοῖσι.

(libri *βροτοῖς*. restituimus usitatam hujusmodi versuum caesuram.)

9.

Idem 113. p. 584.

Σοφώτεροι γὰρ συμφορὰς τὰς τῶν πέλας
πάντες διαιρεῖν ἢ τύχας τὰς οἴκοθεν.

Digitized by Google

Horum quae 3. loco posita sunt, possunt illa quidem referri ad Electryonem, Alcmenae patrem, de quo Apollodorus II, 4, 6.*) *Ἠλεκτρύονος δὲ βασιλεύοντος Μυκηνῶν μετὰ Ταφίων οἱ Πτερελάου παῖδες ἐλθόντες τὴν Μήστορος ἀρχὴν τῷ μητροπάτορι ἀπήτουν, καὶ, μὴ προσεχοντος Ἠλεκτρύονος, ἀπήλαυνον τὰς βόας. ἀμυνομένων δὲ τῶν Ἠλεκτρύονος παίδων ἐκ προκλήσεως ἀλλήλους ἀπέκτειναν· ἐσώθη δὲ τῶν Ἠλεκτρύονος παίδων Λικύμνιος ἔτι νέος ὑπάρχων, τῶν δὲ Πτερελάου Εὐήρης, ὃς καὶ τὰς ναῦς ἐφύλασσε. τῶν δὲ Ταφίων οἱ διαφυγόντες ἀπέπλευσαν τὰς ἐλαθείσας βόας ἐλόντες, καὶ παρέθεντο τῷ βασιλεῖ τῶν Ἠλείων Πολυξένῳ*, (scribamus, expuncto *καὶ*, glossemate: — *τῶν δὲ Ταφ. οἱ δ. ἀπ. τὰς ἐ. β. ἐλ. παρ.* etc. alioqui *παρ.* caret objecto suo.) *Ἀμφιτρύων δὲ παρὰ Πολυξένου λυτρωσάμενος αὐτὰς ἦγαγεν* (imo *ἀνήγαγεν*. facile *αν* perierit post *ας*.) *εἰς Μυκήνας. ὁ δὲ Ἠλεκτρύων, τὸν παίδων θάνατον βουλόμενος ἐκδικῆσαι, παραδοὺς τὴν βασιλείαν Ἀμφιτρύωνι καὶ τὴν θυγατέρα Ἀλκμήνην, ἐξορκίσας, ἵνα μέχρι τῆς ἐπανόδου παρθένον αὐτὴν φυλάξῃ, στρατεύειν ἐπὶ Τηλεβόας διενοεῖτο. ἀπολαμβάνοντος δὲ αὐτοῦ τὰς βόας, μιᾶς ἐκθορούσης, Ἀμφιτρύων ἐπ' αὐτὴν ἀφῆκεν, ὃ μετὰ χεῖρας εἶχε, ῥόπαλον, τὸ δὲ ἀποκρουσθὲν ἀπὸ τῶν κεράτων εἰς τὴν Ἠλεκτρύονος κεφαλὴν ἐλθὸν ἀπέκτεινεν αὐτόν. ὅθεν λαβὼν ταύτην τὴν πρόφασιν Σθένελος παντὸς Ἄργους ἐξέβαλεν Ἀμφιτρύωνα, καὶ τὴν ἀρχὴν τὴν Μυκηνῶν καὶ τῆς Τίρυνθος αὐτὸς κατέσχε, τὴν δὲ Μίδεαν, μεταπεμψάμενος τοὺς Πέλοπος παῖδας Ἀτρέα καὶ Θυέστην παρέθετο τούτοις. Ἀμφιτρύων δὲ σὺν Ἀλκμήνῃ καὶ Λικυμνίῳ παραγενόμενος ἐπὶ Θήβας ὑπὸ Κρέοντος ἠγνίσθη* etc. possunt haec, inquam, illo referri; quibus etiam ista accommodes, quae habentur apud scholiasten Comici Ran. 501. (540.) ad v. *Μετακυλινδεῖν* et Suidam v. *Ταῦτα πρὸς ἄλλον,*

10.

Οὐ γάρ ποτ' εἴων Σθένελον εἰς τὸν εὐτυχῆ
χωροῦντα τοῖχον τῆς δίκης σ' ἀποστερεῖν,

quam dicas esse orationem Creontis, Thebarum regis, ad Amphitruonem, commiserantis ejus exilium, seque illi opitulaturum fuisse affirmantis, si rem rescivisset. cui etiam 6. 7. 8. haud inepte tribueris. Neque refragabor ei, qui ab Amphitruone pronuntiata pu-

*) Heyn. ad h. l. Observ. pag. 129. „Persei filiorum ordo debuit esse is, ut Mestor aetate anteiret Electryonem, hic Sthenelum. successit patri Electryon; veniunt et repetunt regnum Mestoris ex filia pronepotes, Pterelai filii. Electryone occiso Sthenelus Mycenas cum Tirynthe occupat, regnumque relinquit (filio). Eurystheo; Amphitruo (Persei ex Alcaeo nepos) fugit Thebas."

Digitized by Google

tet verba Ὁ φόβος etc., quae leguntur apud Stobaeum 8. p. 97., cum fieri possit, ut boni viri speciem Sthenelus prae se ferens primum in jus vocaverit Amphitruonem de caede Electryonis, deinde vero, cum civium suffragiis absolutum iri suspicaretur innocentem, factione sua praepotente fretus, oppresso judicio ejecerit eum in exilium. sic autem Tragicus loco illo, cui versuum duorum transpositione laboranti medicas manus afferre studuimus:

11.

Ὁ φόβος, ὅταν τις σώματος μέλλῃ πέρι
λέγειν καταστὰς εἰς ἀγῶν' ἐναντίον,
τὸν νοῦν μὲν εἰς ἔκπληξιν ἀνθρώπων ἄγει,
τὸ στόμα τ' ἀπείργει μὴ λέγειν, ἃ βούλεται·
(codd. — ἐναντίον, Τό τε στόμ' εἰς ἔκπλ.-ά. ἄγει,
Τὸν νοῦν τ' ἀπείργει μὴ λ. ἃ β.)
τῷ μὲν γὰρ ξένι κίνδυνος, ὁ δ' ἀθῶος μένει.
(accusatum et accusatorem dicit, illum capite periclitantem, hunc tutum ac securum.)
ὅμως δ' ἀγῶνα τόνδε δεῖ μ' ὑπερδραμεῖν·
ψυχὴν γὰρ ἄθλα τιθεμένην ἐμὴν ὁρῶ.

Ejusdem apta personae, in Sthenelum superbientem invectae, sunt 1., 2., 4., 5. quo pertinere etiam illa videantur apud Stobaeum 43. p. 302.

12.

Ἴστω δ' ἄφρων ὢν, ὅστις ἄνθρωπος γεγὼς
δῆμον κολούει, χρήμασιν γαυρούμενος,

quibus fortasse Amphitruo judicium, quod dixi, publicum Argivorum a Sthenelo oppressum significat.

Alio traham, quae idem Stobaeus habet 97. p. 538.

13.

Ἀλλ' οὐ γὰρ ὀρθῶς ταῦτα, γενναίως δ' ἴσως
ἔπραξά σ' (libri ἔπραξας)· αἰνεῖσθαι δὲ δυστυχῶν ἐγὼ
μισῶ. λογισμὸς τοὔργον οὐ νικᾷ ποτε.

tamen itidem Amphitruonis videtur esse haec oratio, Alcmenae respondentis, quae laudaverit eum propterea quod se et Licymnium, fratrem suum, Stheneli violentiae eripuerit, tutosque Thebas perduxerit. cui ille: „Generosum fortasse me tibi praebui (neque enim recte feci, qui potius resistere Sthenelo nulloque modo ei cedere debuerim); sed laudari, cum sim exul infelix, nolo, siquidem ratiocinatio non vincit rem.“

14.

Stob. 113. p. 584.

Σοφώτεροι γὰρ συμφορὰς τὰς τῶν πέλας
πάντες διαιρεῖν ἢ τύχας τὰς οἴκοθεν.

Digitized by Google

Verba Chori, ni fallor, senum Thebanorum de Creonte aliisque, qui exules illos solabantur quidem, sed etiam vituperabant, tanquam eos, qui Sthenelo injurioso nimis facile concessissent.

15.

Schol. Comici Ran. 93., a quo habet Suidas: „*Χελιδόνων μουσεῖα.*“ *παρὰ τὰ ἐν Ἀλκμήνῃ Εὐριπίδου*

Πολὺς δ' ἐνεῖρπε κισσὸς, εὐφυὴς κλάδος,
χελιδόνων μόυσεῖα.

Descriptio, ni fallor, loci amoeni, quo Alcmenam convenit personatus Jupiter, absente sponso.

16.

Stob. 60. p. 384.

Ἀεὶ δ' ἀρέσκειν τοῖς κρατοῦσι· ταῦτα γὰρ
δούλοις ἄριστα, κἀφ' ὅτῳ τεταγμένος
εἴη τις, ἀνδάνοντα δεσπόταις ποιεῖν.

Facile putes, haec verba esse servi Amphitruonis, quem ille, in bellum proficiscens, Alcmenae sponsae custodem reliquit. is, Jovem habens pro domino, ubi jussus exiit cubiculo, ut solus cum sola esset deus, haec dicere potuit servili apta conditioni.

Ita nos, non quo haec praestemus, sed symbolam daturi. Alias explicandi vias institerunt viri doctissimi W. et Hartungus. quorum ille (Die griech. Tragoedien etc., 2. Abtheil., Bonn, 1839, p. 690.) alteras Alcmenae nuptias, cum Rhadamanthus uxorem eam duxit post mortem Amphitruonis *), celebratas fuisse suspicatur in hac fabula, itaque etiam Rhadamanthi eam nomine olim inscriptam. sed parum dramaticum hoc esse argumentum, ipse non diffitetur. accedit, quod Stheneli mentio, quae ad exilium pertinet Alcmenae, vix conciliari potest cum rebus adeo longinquis. praetereaque Rhadamanthum tragoediam *νοθεύεσθαι* dicunt grammaticus apud Elmslejum ad calcem editionis Baccharum et scriptor vitae Euripidis in codice Mediolanensi. Igitur aliam rationem Hartungus (Eurip. restitut., Hamburg., 1843., p. 534.—542.) circumspiciens tandem acquievit in Diodori narratione de priore Heraclidarum reditu in Peloponnesum, rebusque eum reditum consecutis. sic autem Diodorus IV, 58.: *Μετὰ δέ τινας χρόνους Λικύμνιος μετὰ τῶν παίδων καὶ Τληπολέμου τοῦ Ἡρακλέους, ἐκουσίως τῶν Ἀργείων αὐτοὺς προσδεξαμένων, ἐν Ἄργει κατῴκησαν· οἱ δὲ*

*) Apollod. II, 4, 11.: *Ἔγημε δὲ καὶ Ἀλκμήνην μετὰ τὸν Ἀμφιτρύωνος θάνατον Διὸς παῖς Ῥαδάμανθυς, κατῴκει δὲ ἐν Ὠκαλείᾳ τῆς Βοιωτίας πεφευγώς.* Heyn. Observ. p. 138.: „E Creta fugiens (Rhadam.), fratre occiso, ut Schol. Lycophr. 50. (unde Eudoc. p. 210.), sive ex insulis, ut Apollod. III, 1, 2. (*τοῖς νησιώταις νομοθετῶν*), in Boeotiam pervenerat.“ expulit eum frater Minos, rex Cretae insulae, mari tum potentissimus. v. Thuc. 1, 4.

Digitized by Google

ἄλλοι πάντες, ἐν Τρικορύθῳ (Atticae) κατοικήσαντες, ὡς πεντηκονταετὴς χρόνος διῆλθε, κατῆλθον εἰς Πελοπόννησον· Ἀλκμήνη δὲ, εἰς Θήβας κατοικήσασα, καὶ μετὰ ταῦτα ἅφαντος γενομένη, τιμῶν ἰσοθέων ἔτυχε παρὰ τοῖς Θηβαίοις. τοὺς δὲ ἄλλους Ἡρακλείδας φασὶν ἐλθόντας παρ' Αἰγίμιον τὸν Δώρου (regem Dorum in Thessalia habitantium ad Pindum), τὴν πατρῴαν τῆς χώρας παραθήκην ἀπαιτήσαντας, μετὰ Δωριέων κατοικῆσαι. Τληπόλεμον δὲ τὸν Ἡρακλέους, ἐν Ἄργει κατοικοῦντα, λέγουσιν ἀνελεῖν Λικύμνιον τὸν Ἠλεκτρυόνος, ἐρίσαντα περί τινων, διὰ δὲ τὸν φόνον τοῦτον ἐξ Ἄργους φυγόντα εἰς Ῥόδον κατοικῆσαι. Hisce usus vir doctus non dubitavit fabulam inscribere Alcmenam et Licymnium, quasi profecta in Peloponnesum Alcmena cum Heraclidis, quam Thebis remansisse narrat Diodorus, ibique mortuam esse auctor est Pherecydes apud Anton. Liberalem XXXIII. Quid ad haec Hartungus? Nempe haec proprio commento infuscasse ait Diodorum, ejusque rei plura esse indicia; quae tamen ostendere supersedit. Sed audiamus ipsum, qui pag. 536.: „Herculis," inquit, „ex Astydameia aut ex Astyocha filius Tlepolemus fuit. de Licymnii autem vita haec scripta reliquit Apollodorus: Fuit ex Midea, Phrygia muliere, ab Electryone sublatus. Cujus genuini filii cum a Pterelai filiis, pugna commissa, omnes interfecti essent, Lic. spurius, quod erat etiamtum puer, solus superstes erat. Electryone occiso cum Amphitryon a Sthenelo patria pelleretur, Lic. cum ipso atque Alcmena Thebas commigravit, ubi Crantoris (Imo Amphitruonis, Apollod. II, 4, 6, 6. Both.) sororem Perimedem in matrimonium duxit. Haec ab ipso Licymnio, cum prooemium ageret, theatro exposita esse fragm. 3. ostendit, quo Mideae patria commemoratur:

Τευθράντιον δὲ σχῆμα Μυσίας χθονός.

De priore Heraclidarum reditu exponens idem Stheneli mortem commemoravit, de qua Hyginus c. 244. haecce scripsit: „Phillus (Hyllus? [Muncker.: „Imo Hyllus, non Phillus, fuit Herculis filius. — Causam dubitandi non video."]), Herculis filius, Sthenelum occidit, Electryonis proavi sui fratrem." Causa excedendi Peloponneso aut ea fuerat, quam dicit Diodorus, aut, quod magis mihi probatur, pestis propter reditum festinatum immissa. nam Apollodorus (II, 8, 2.) Ἀπολομένου δὲ, inquit, Εὐρυσθέως ἐπὶ Πελοπόννησον ἦλθον οἱ Ἡρακλεῖδαι, καὶ πάσας εἷλον τὰς πόλεις. ἐπὶ ἐνιαυτὸν δὲ αὐτοῖς ἐν τῇ καθόδῳ γενομένοις φθορὰ πᾶσαν Πελοπόννησον κατέσχε, καὶ ταύτην γενέσθαι χρησμὸς διὰ τοὺς Ἡρακλείδας ἐδήλου· πρὸ γὰρ τοῦ δέοντος αὐτοὺς κατελθεῖν. ὅθεν ἀπολιπόντες Πελοπόννησον ἦλθον εἰς Μαραθῶνα, κἀκεῖ κατῴκουν. Haec ex Euripide petita esse et Marathonis commemoratio ostendit (?) (quippe ab Atheniensibus solis Heraclidas, exclusos omnibus civitatibus, receptos esse saepius noster affirmavit), et ea, quae de Licymnii caede subjuncta sunt,

Digitized by Google

testantur. Erat autem in Licymnio, quamvis sene (ἤδη γηράσκων Iliad. β', 663.), firmissimum Alcumenae praesidium, cum qua communiter tutelam liberorum Herculis gerebat. Eo (?) spectat fragm. 7. Alcm. (apud Matth.)

Δεινόν τι τέκνων φίλτρον ἔθηκεν
θεὸς ἀνθρώποις.

Sed Tlepolemus, maximus natu filiorum defuncto Hyllo, — impatiens erat lenitatis, tarditatis et morositatis senilis. unde nata discordia. — Conciliare autem Tlepolemum fratri studens Alcumena ad colloquium illum arcessere potuit, idque ab se factum esse Licymnio indicare."

Tum processisse putat Chorum ex militibus vel civibus constantem, qui Herculem praedicaverit verbis illis, quae ex Licymnio Euripidea affert Diogenes Laert. III, 63., quo probet, τὸν φαῦλον λέγεσθαι καὶ ἐπὶ τοῦ ἁπλοῦ,

Φαῦλον, ἄκομψον, τὰ μέγιστ' ἀγαθὸν,
πᾶσαν ἐν ἔργῳ παρατεμνόμενον
σοφίαν, λέσχης ἀτρίβωνα.

Colloquii litigiosi, quod cum avunculo habuerit Tlep., reliquias arbitratur versus Οὐ γάρ ποτ' etc., quos posuimus loco 10.; ipsaque Alcmena vituperari illi videtur a violento juvene istis Ἀλλ' οὐ γὰρ etc. 13. et ne Herculi quidem pepercisse illum suspicatur, tanquam ei, qui parum prospexerit liberis. cujus causam egisse videri matrem istis, quae leguntur apud Chrysippum Περὶ ἀποφατικῶν p. 4. ed. Bergk.

Οὐκ οἶδ' ὅπως χρὴ τὸν σαφῶς κατειδότα
τῆς Ἡρακλείας φροντίδος κατηγορεῖν,

et castigasse nepotem verbis Σοφώτεροι etc. 14. ipsius autem Licymnii admonitiones esse censet fragmenta 2., 5., 12., tandemque ad dirimendam litem ambos consilium cepisse de consulendo Apolline Delphico. quo in itinere Tlepolemum invitum occidisse Licymnium (Apollod. II, 8, 2, 3.), idque in saltu quodam, quem significari verbis Πολὺς δ' ἐνεῖρπε κισσὸς etc. 15., et noctu, quo pertinere verba Ἀμολγὸν νύκτα apud Hesychium.

(17.

Hesych.: „Ἀμολγὸν νύκτα" Εὐριπ. Ἀλκμήνῃ ζοφερὰν καὶ σκοτεινήν.)

Mitto levia quaedam et longe repetita. Jam Alcmenae, fratris morte afflictae, in lamentis fuisse putat illa apud Stobaeum Eclog. phys. p. 129. Grot.

Τὸ τὴς ἀνάγκης οὐ λέγοιμ' ὅσον ζυγόν.

(λέγοιμ' enim haud dubie dixit Tragicus, non λέγειν, quod librarii obtrudunt.) quam consolari Chorum sententiis illis, quas perscripsimus loco 6. et 7. Reversum autem Tlepolemum accusatum esse a servo illo, quem negligentem feriturus cognatum occiderat. (Schol.

Digitized by Google

Homeri Il. β', 662. *Ἱστόρηται, ὅτι Τληπόλεμος θεασάμενος Ἀλκμήνιον τὸν μήτρωα, ἤδη γεραιὸν ὑπάρχοντα, ὑπό τινος τῶν οἰκετῶν ἀμελῶς χειραγωγούμενον, ἀφῆκε τὴν βακτηρίαν ἐπὶ τὴν οἰκέτην, καὶ τούτου μὲν ἥμαρτε, πλήξας δὲ τὸν Ἀλκμήνιον ἀκουσίως ἀπέκτεινε· διὸ ἠναγκάσθη γενέσθαι φυγὰς τῆς πατρίδος.*) quem servum pronuntiasse fragm. 16., et ipsum Tlepolemum, causam de caede dicentem, ista *Ὁ φόβος* etc. 11. Damnatum ivisse in exilium, sed magna tempestate vexatum aegre Rhodum pervenisse (Iliad. β', 667. *Αὐτὰρ ὅγ' ἐς Ῥόδον ἶξεν ἀλώμενος, ἄλγεα πάσχων*). „In proverbium," inquit, „abierat tempestas propter Alcumenae imprecationem coorta et fulmina ob Licymnii caedem missa, testibus Hesychio, Aristophane et Plauto. (Plautus Rud. I, 1.

Proh di immortales, tempestatem quojusmodi
Neptunus nobis nocte hac misit proxuma!
non ventus fuit, verum Alcumena Euripidi.)

Hesych. s. v. *Λικυμνίοις βολαῖς· τῶν ἐν τῷ Εὐριπίδου Λικυμνίῳ μνημονεύει ἂν ἴσως· κεραυνοῦται γὰρ ἡ ναῦς κατὰ τὸν ἐκεῖ λόγον, οὐχ ὡς αὐτοῦ τοῦ Λικυμνίου —.* Schol. Aristoph. Av. 1242. (1159.) — *Ἐν τοῖς ἐπιγεγραμμένοις Ἀπολλωνίου ταῦτα γέγραπται, ὅτι „ἡμίφλεκτόν" τινα εἰσάγει, εἰς τοιοῦτό τι κεκεραυνωμένον ἀπὸ τῆς περιστάσεως ἐκείνης. εἶη δ' ἂν τοῦ Εὐριπιδείου μεμνημένος ἀγγέλου τοῦ ἐν τῷ Λικυμνίῳ· λέγει γὰρ ἐπὶ τελευτῆς ἐκεῖνος* (fort. legendum est *ἐκεῖνα*)." — Semiustum illum fulmine fuisse reversum aliquem ex nautis in altum profectis cum Tlepolemo; quem nautam narravisse, quid acciderit. denique extremo dramate Alcmenam malis succubuisse, animamque ejus Herculem de coelo descendentem abduxisse in campos Elysios, Rhadamantho nupturam, secundum epigramma Cyzicenum Paralip. ex cod. Vatic. n. 20. p. 633.

Ἀλκίδας ὁ Θρασὺς Ῥαδαμάνθυϊ ματέρα τάνδε
Ἀλκμήναν ὅσιον πρὸς λέχος ἐξέδοτο.

Haec Hartungus, de quibus liberum esto lectorum judicium. equidem plura et docte et acute ab eo disputata esse minime inficior, alia tamen sic sumta dico, nec verisimilia, praesertim illud, quod Tlepolemi personae tribuit verba *Οὐ γάρ ποτ'* etc. fr. 10., quae huic rationi non minus quam Welckerianae videntur obstare, siquidem quae in illis significatur injuria, illata Alcmenae est a Sthenelo, cum nondum illa nupsisset Amphitruoni; nunc vero, diuturno tempore elapso, et nupsit, et Herculem atque Iphiclem peperit, iisque et marito, imo etiam Sthenelo illiusque filio Eurystheo, supervixit cum Licymnio, quem si objurgavit Tlepolemus de eo, quod olim non restiterit Sthenelo, seque, tum ne natum quidem, melius rem gesturum fuisse, gloriatus est, sane molestus fuit, ne dicam ineptus, qui memoriam rei vetustae atque obsoletae rixandi causa refricaret. Tum quod ad tempestatem attinet, quam commemora-

Digitized by Google

vit in Alcmena tragoedia Euripides, nescio an ea potius hic intelligenda sit, quae saeviisse dicitur nocte illa, qua geminos suos peperit Alcmena: v. Plaut. Amph. V, 1, 9, 10. alteram tempestatem Licymnio relinquamus, longo ab illa temporis intervallo disjunctam. Denique de Hercule matrem abducente in campos Elysios recte me judice W. pag. 691., not. 3.: „Preller in der Zeitschrift f. d. Alterthumswiss. 1838. S. 1079 will in den Rhadamanth des Eurip. setzen, dass nach dem Relief in Kyzikos der Alkide seine Mutter nach Elysium führt u. mit Rhadamanthys vermält. Diess scheint mir durchaus nicht dramatisch, sondern rein religiös u. ein Seitenstück davon, dass Herakles, wie uns alte Vasengemälde lehren, die Alkmene, wie Dionysos die Semele, in den Olymp einführt.“ —

18.

Pollux X, 117. *Πανὸς καὶ φανὸς ἡ λαμπὰς, ὡς ὅταν φῇ ἐν Ἀλκμήνῃ Εὐρ.*

Πόθεν δὲ πεύκης πανὸν ἐξεῦρες λαβών;

libri *λαβεῖν*, quod aegre explices. suspectum etiam *ἐξεῦρες*, malimque sane *ἐξῆρες*. videtur enim fraus quaedam dici, fortasse alicujus numinis, Alcmenae imprecationem audientis et Tlepolemo infesti, quali fraude usus Nauplius, ut Hygini verba fab. 116. usurpem, „tanquam auxilium eis (Graecis Troja redeuntibus) afferret, facem ardentem (*δόλιον ἀστέρα* Eurip. Hel. 1076.) eo loco extulit, quo saxa acuta et locus periculosissimus erat. illi credentes humanitatis causa id factum, naves eo duxerunt; quo facto plurimae earum confractae sunt“ etc. dolo ejusmodi Tlepolemus deceptus, ubi perire vidit naves nautasque, his vel similibus verbis compellare potuit malevolum deum

Ὦ σκληρε δαῖμον, ὡς δόλῳ μ' ἀπώλεσας!
πόθεν δὲ πεύκης πανὸν ἐξῆρες λαβών;

Ita haec Licymnio tragoediae attribuenda fuerint, cujus nominis in locum facile succedere potuit Alcmenae.

Haec quidem ea sunt, quae ad Alcmenam referunt scriptores. quibus fragmentis propter cognatum certe utriusque fabulae argumentum continuatis numeris addemus illa, quae ex Licymnio afferuntur, cujus dramatis sunt etiam ista posita in superioribus his initiis *Τευθράντιον δὲ, Φαῦλον, ἄκομψον, Τὸ τῆς ἀνάγκης*, item *Ἡμίφλεκτον*.

19.

Stob. 29. p. 198.

Πόνος γὰρ, ὡς λέγουσιν, εὐκλείας πατήρ.

20.

Macrobius Saturn. I, 18. Et ne quis opinetur diversis diis Parnassum montem dicatum, idem Euripides in Licymnio Apollinem Liberumque unum eundemque deum esse significans scribit

Digitized by Google

Δέσποτα φιλόδαφνε Βάκχε, t. d.
Παιὰν Ἄπολλον εὔλυρε. i. d.

Ita libri: sed vereor ne hallucinatus sit Macrobius, cum Eur. dixisset *Παιὰν δ' Ἄπ.* ε. facile Δ ante A simile exciderit.

21.

Hesych. *Θριάζειν: φυλλολογεῖν, ἐνθουσιᾶν, ἐνθουσιάζειν. Εὐρ. Λικυμνίῳ, καὶ Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ μαινομένῳ.*

VI. ΑΛΟΠΗ. (ΚΕΡΚΥΩΝ.)

Cercyon Vulcani (Hygin. fab. 38.) vel Neptuni (ex Amphictyonis filia, secundum Choerilum Atheniensem Alope dramate apud Paus. 1, 14. cf. idem I, 5., et Gell. XV, 21.) filius, nobilis luctator (Plat. Leg. VII, p. 796, A.), sed idem latrociniis infamis (v. de ejus moribus Paus, I, 39.), Eleusine regnavit, filiamque habuit Alopen, de qua Hyginus fab. 187.: „Alope Cercyonis filia formosissima cum esset, Neptunus eam compressit; qua ex compressione peperit infantem, quem inscio patre nutrici dedit exponendum. qui cum expositus esset, equa venit et ei lac praestabat. Quidam pastor equam persecutus vidit infantem atque eum sustulit; qui veste regia indutum cum in casam tulisset, alter compastor rogavit, ut sibi eum infantem donaret. ille ei donavit sine veste; cum autem inter eos jurgium esset, quod, qui puerum acceperat, insignia ingenuitatis reposceret, ille autem non daret, [contendentes] ad regem Cercyonem venerunt et contendere coeperunt [ille autem, qui infantem donatum acceperat, repetere insignia coepit]. quae cum allata essent et agnosceret Cercyon ea esse ex veste scissa filiae suae Alopes, nutrix timens regi indicium fecit, infantem eum Alopes esse *). qui filiam jussit ad necem includi, infantem autem projici.

*) W. (Die griech. Tragödien u. s. w., 2. Abth. S. 711 ff.) litem istam pastorum et indicium fatale nutricis instantibus Alopes nuptiis accidisse putat, quod colligi posse ex effigie sarcophagi cujusdam, qui Romae servatur in villa Pamphili, solaque artium antiquarum Alopes mythum ostendit. (v. Winckelmanni Monum. ined. 92. et ipsius Welckeri disputationem de hoc monumento in „Nouvelles Annales publiées par la section française de l'Institut archéol.," à Paris, 1836., t. I. p. 149—60. pl., C.) „Mit dieser Entdeckungsscene hat der Künstler, als Mittelgruppe, die Vorstellung eines Brautpaars verbunden. Alope nämlich, welche zunächst hinter dem König im bräutlichen Peplos sitzt und, nach ihrem abgewandten u. traurigen Gesichte zu urtheilen, eben das Geständniss der Amme vernommen hat, worauf nun der zornige Ausspruch ihres Vaters bevorsteht, wird von dem Bräutigam, der neben ihr auf demselben, festlich mit Laubwerk geschmückten, Throne sitzt, noch umschlungen gehalten. Dieselbe Erfindung, durch hochzeitliche Anstalten der Katastrophe einen rührenden Contrast zu bereiten, hat E. auch im Phaethon u. im

Digitized by Google

Quem (cum) iterum equa nutriebat, pastores iterum inventum infantem sustulerunt, sentientes eum deorum numine educari; atque nutrierunt, nomenque ei imposuerunt Hippothoum. Theseus (malim tum Th. tum forte exciderit inter similia.) cum ea iter faceret a Troezene, Cercyonem interfecit (cf. Diodor. Sic. IV, 59.); Hippothous autem ad Theseum venit, regnaque avita rogavit. cui Theseus libens dedit, cum sciret eum Neptuni filium esse (contra Vulcani filium Hyg. vocat fab. 38.), unde ipse genus ducebat. Alopes autem corpus in fontem *) commutavit (sic Augustinus van Staveren Hygini ed. a. 1742. excusa, alii „mutavit." utut hoc se habet, accipiendum est verbum sensu neutrius seu passivi, ut saepe alias), qui ex nomine Alopes est cognominatus." Harpocration: *Ἀλόπη. Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ Ἱερείας. Κερκυόνος θυγάτηρ, ἐξ ἧς καὶ Ποσειδῶνος Ἱππόθοων ὁ τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς ἐπώνυμος, ὡς Ἑλλάνικός τε ἐν δευτέρᾳ Ἀτθίδος, καὶ Ε.**) ἐν τῷ ὁμωνύμῳ.*

Oeconomia fabulae quae fuerit, ex Hygini narratione apparet, quippe in qua verisimile videatur ipsum Euripidis drama expressum esse. Fragmentorum, quae supersunt, pars major (3—6.) pertinet ad Cercyonis orationem, qua et nutricem refellere conatur excusantem Neptuni furtum (1.), quem quidem illa expleto animo suo prorsus deseruisse dicit virginem (2.), et ipsam Alopen objurgat, tanquam eam, quae sibi patri non obediendo pudicae educationis fructum corruperit. Igitur ad necem abduci jubet filiam vir crudelis, qui praeter eam nullos haberet liberos. quo facto ex gymnasiis profugientes conspicit cursores adventante Theseo ad puniendum ipsum Cercyonem et latrones Eleusinios Atticosque (7.). cui veniens Cercyon ad pugnam victus atque occisus est.

1.

Eustathius ad Il. ξ', p. 656, 58., Odyss. ι', p. 1640, 60., λ', p. 1681, 41., ed. Rom. *Εὕρηται που κῦμα καὶ τὸ κύημα, ὡς δηλοῖ καὶ Ε. ἐν Κερκυόνι, οὗ τὴν θυγατέρα „γέμειν" ἔφη „κύματος θεοσπόρου" τοῦ ἐκ Ποσειδῶνος δηλαδή.*

Aolos angewandt. Der Künstler konnte sich nur auf einen, gleich allen übrigen, schon bekannten Umstand beziehen, indem er das Urtheil des Kerkyon u. den Hochzeitstag verband." Ita vir sagax, et in superioribus: „Da der Künstler mit Hygin (qui solus habet hanc fabulam, Apollodori quidem narratione de his Thesei rebus gestis injuria temporum truncata) u. mit der Tragoedie im Wesentlichen von Anfang bis zu Ende übereinstimmt, so ist anzunehmen, dass aus der letztern auch dieser Zug geschöpft war." quae etsi probabiliter disputata sunt, tamen mirum videatur Hygini de istis nuptiis silentium, nisi forte illius quoque liber mutilatus est.

*) *Φιλοτὴς* appellatus fuit teste Hesychio v. *Ἀλόπη*.

**) I. e. *Εὐριπίδης*, Euripides.

Digitized by Google

2.

Idem ad Odyss. φ', p. 1902. init. *Σημείωσαι δὲ, ὅτι, Ὁμήρου εἰπόντος τὸ „Μεμνήσεσθαι ὀΐομαι ἔν περ ὀνείρῳ," λαβὼν ἐκεῖθεν Ε. ἀνάπαλιν ἔφη ἐν Κερκυόνι ἐπὶ φίλου ἀμελοῦς (Ποσειδῶν δὲ ἦν ἐκεῖνος)·τὸ*

Πλήσας δὲ νηδὺν οὐδ' ὅναρ κατ' εὐφρόνην
φίλοις ἔδειξεν αὐτόν.

3.

Stobaeus 71. p. 432.

Γυνὴ γυναικὶ σύμμαχος πέφυκέ πως.

4.

Idem 77., p. 455.

Ἐγὼ δ', ὃ μὲν μέγιστον, ἄρξομαι λέγειν
ἐκ τοῦδε πρῶτον· πατρὶ πείθεσθαι χρεὼν
παῖδας, νομίζειν τ' αὐτὸ τοῦτ' εἶναι δίκην.

5.

Etym. M. p. 420, 16. *Ε. Ἀλόπῃ* (mendose libri *Ἀλύπῃ*)

Οὐ μὴν σύ γ' ἡμᾶς τοὺς τεκόντας ᾐδέσω.

sic Porson. ad Eurip. Phoen. 1638. (cf. Advers. p. 30.) pro *Οὐ μὴ* etc.

6.

Stob. 72. p. 439.

Τί δῆτα μοχθεῖν δεῖ γυναικεῖον γάμον
φρουροῦντας; αἱ γὰρ εὖ τεθραμμέναι πλέον
σφάλλουσιν οἴκους τῶν παρημελημένων.

quae sic reddas latine:

Quid tam puellarum observamus nuptias,
bene educatae cum magis turbent domos
quam quae neglectae fuerunt a parentibus?

7.

Ammonius p. 137. Valck. ed. *Τροχοὶ ὀξυτόνως καὶ Τρόχοι βαρυτόνως διαφέρουσι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, φησὶ Τρύφων ἐν δευτέρᾳ περὶ Ἀττικῆς προσῳδίας. τοὺς μὲν γὰρ περιφερεῖς Τροχοὺς ὁμοίως ἡμῖν προφέρονται ὀξυτονοῦντες, Τρόχους δὲ βαρυτόνως λέγουσι τοὺς δρόμους.* (Etym. M., laudante Valck. Animadv. ad Amm. p. 216. *Τρόχος βαρυτόνως ἐπὶ τοῦ δρόμου. Ε. Μηδείᾳ*

Ἀλλ' οἵδε παῖδες ἐκ τρόχων πεπαυμένοι
στείχουσιν.

ἀντὶ τοῦ γυμνασίων, δρόμων.) *ἀναγινώσκομεν* (ita G. Dindorf. pro *ἀναγιγνώσκωμεν*) *γὰρ, ὥς φησι μὲν, ἐν Ἀλόπῃ Εὐριπίδου*

Digitized by Google

Ὁρῶ μὲν ἀνδρῶν τόνδε γυμνάδα στόλον
στείχοντα θεωρὸν, ἐκ τρόχων πεπαυμένον.

ἀναλογώτερον δὲ τὸ βαρύνειν etc. reliqui *θεωρὸν* in his versibus, ut qui incertus sim, quid dixerit Tragicus: nam *θεωρὸς* nusquam pro dissyllabo est apud poëtas. non ineptum foret *θούρων ἐκ τρ.*, „ex acribus cursibus" gymnasiorum; sed malim *στείχοντ' ἄωρον*, „intempestive procedentem," prius quam opus fuit redeuntem e gymnasiis metu ingruentis Thesei.

8.

Photius. *Ὀδῆσαι: τὸ ὠνήσασθαι.* (*τὸ πωλεῖν* dicendum erat.) *Ε. Ἀπόπῃ καὶ Κύκλωπι* (12, 85, 120).

VII. *ΑΝΔΡΟΜΕΔΑ.*

Fabula nobilissima. Apollodorus de Perseo et Gorgonibus, tum ipsa Andromeda, II, 4, 2, 11.: *Ἐπιστὰς οὖν αὐταῖς ὁ Περσεὺς κοιμωμέναις, κατευθυνούσης τὴν χεῖρα Ἀθηνᾶς, ἀπεστραμμένος καὶ βλέπων εἰς ἀσπίδα χαλκῆν, δι' ἧς τὴν εἰκόνα τῆς Γοργόνος ἔβλεπεν, ἐκαρατόμησεν αὐτήν* (Medusam). *Ἀποτμηθείσης δὲ τῆς κεφαλῆς ἐκ τῆς Γοργόνος ἐξέθορε Πήγασος, πτηνὸς ἵππος, καὶ Χρυσάωρ ὁ Γηρυόνου πατήρ. τούτους δὲ ἐγέννησεν ἐκ Ποσειδῶνος. Ὁ μὲν οὖν Περσεὺς ἐνθέμενος εἰς τὴν κίβισιν* (peram a Phorcidibus acceptam) *τὴν κεφαλὴν τῆς Μεδούσης ὀπίσω πάλιν ἐχώρει· αἱ δὲ Γοργόνες ἐκ τῆς κοίτης ἀναστᾶσαι τὸν Περσέα ἐδίωκον, καὶ συνιδεῖν αὐτὸν οὐκ ἐδύναντο διὰ τὴν κυνῆν· ἀπεκρύπτετο γὰρ ὑπ' αὐτῆς. Παραγενόμενος δὲ εἰς Αἰθιοπίαν, ἧς ἐβασίλευσε Κηφεύς, εὗρε τὴν τούτου θυγατέρα Ἀνδρομέδαν παρακειμένην βορᾶν θαλασσίῳ κήτει. Κασσιέπεια γὰρ, ἡ Κηφέως γυνὴ, Νηρηίσιν ἤρισε περὶ κάλλους, καὶ πασῶν εἶναι κρείσσων ηὐχήσεν. ὅθεν αἱ Νηρηίδες ἐμήνισαν, καὶ Ποσειδῶν αὐταῖς συνοργισθεὶς πλημμύραν τε ἐπὶ τὴν χώραν ἔπεμψε καὶ κῆτος.* (In terram egrediens bellua homines et armenta devorabat, ut auctor est Philostratus Imag. I, 29.) *Ἄμμωνος δὲ χρήσαντος τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς συμφορᾶς, ἐὰν ἡ Κασσιεπείας θυγάτηρ Ἀνδρομέδα προτεθῇ τῷ κήτει βορὰ, τοῦτο ἀναγκασθεὶς ὁ Κηφεὺς ὑπὸ τῶν Αἰθιόπων ἔπραξε, καὶ προσέδησε τὴν θυγατέρα πέτρᾳ. Ταύτην θεασάμενος ὁ Περσεὺς, καὶ ἐρασθεὶς, ἀναιρήσειν ὑπέσχετο Κηφεῖ τὸ κῆτος, εἰ μέλλει σωθεῖσαν αὐτὴν αὐτῷ δώσειν γυναῖκα. ἐπὶ τούτοις γενομένων ὅρκων ὑποστὰς τὸ κῆτος ἔκτεινε, καὶ τὴν Ἀνδρομέδαν ἔλυσεν. Ἐπιβουλεύοντος δὲ αὐτῷ Φινέως, ὃς ἦν ἀδελφὸς τοῦ Κηφέως *), ἐγγυώμενος*

*) Apollod. II, 1, 4. *Λιβύης καὶ Ποσειδῶνος γίνονται παῖδες δίδυμοι Ἀγήνωρ καὶ Βῆλος. Ἀγ. μὲν οὖν εἰς Φοινίκην ἀπαλλαγεὶς ἐβασί-*

Digitized by Google

πρῶτος τὴν Ἀνδρομέδαν, μαθὼν τὴν ἐπιβουλὴν, τὴν Γοργόνα δείξας, μετὰ τῶν συνεπιβουλευόντων αὐτὸν ἐλίθωσε παραχρῆμα. παραγενόμενος δὲ εἰς Σέριφον, καὶ καταλαβὼν προσπεφευγυῖαν τοῖς βωμοῖς μετὰ τοῦ Δίκτυος τὴν μητέρα διὰ τὴν Πολυδέκτου βίαν, εἰσελθὼν εἰς τὸν βασιλέα, συγκαλέσαντος τοῦ Πολυδέκτου τοὺς φίλους, ἀπεστραμμένος τὴν κεφαλὴν Γοργόνος ἔδειξε· τῶν δὲ ἰδόντων ὁποῖον ἕκαστος ἔτυχε σχῆμα ἔχων, ἀπελιθώθη. Καταστήσας δὲ τῆς Σερίφου Δίκτυν βασιλέα ἀπέδωκε τὰ μὲν πέδιλα, καὶ τὴν κίβισιν, καὶ τὴν κυνῆν Ἑρμῇ **), τὴν δὲ κεφαλὴν τῇς Γορμόνος Ἀθηνᾷ. — Περσεὺς δὲ μετὰ Δανάης καὶ Ἀνδρομέδας ἔσπευδεν εἰς Ἄργος, ἵνα Ἀκρίσιον θεάσηται etc.

Eratosthenes Cataster. XV., Μυθογράφων ed. Westermann. p. 250., de Cepheo: — Ἦν δὲ, ὡς Εὐριπ. φησὶν, Αἰθιόπων βασιλεὺς, Ἀνδρομέδας δὲ πατήρ· τὴν δ' αὐτοῦ θυγατέρα δοκεῖ παραθεῖναι τῷ κήτει βορὰν, ἣν Περσεὺς ὁ Διὸς διέσωσε, δι' ἣν καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς ἄστροις ἐτέθη Ἀθηνᾶς γνώμῃ. et ibidem XVII. Ἀνδρομέδα. Αὕτη κεῖται ἐν τοῖς ἄστροις διὰ τὴν Ἀθηνᾶν, τῶν Περσέως ἄθλων ὑπόμνημα, διατεταμένη τὰς χεῖρας, ὡς καὶ προετέθη τῷ κήτει, ἀνθ' ὧν σωθεῖσα ὑπὸ τοῦ Περσέως οὐχ εἵλετο τῷ πατρὶ συμμένειν, οὐδὲ τῇ μητρὶ, ἀλλ' αὐθαίρετος εἰς τὸ Ἄργος ἀπῆλθε μετ' ἐκείνου, εὐγενές τι φρονήσασα.. λέγει δὲ καὶ Εὐριπ. σαφῶς ἐν τῷ περὶ αὐτῆς γεγραμμένῳ δράματι. His consimilia, sed breviora, habet Hyginus Poët. Astron. XI., sive is a Graeco accepit, sive hic ab illo, quae est sententia doctissimi Westermanni l. l., praefat. p. IX. cf. W. p. 666. Praeterea evolvi jubeam prae aliis Luciani Dial. marin. 14. et Ovidii Met. IV, 664—762. Parodia fabulae extat apud Comicum Thesmophoriazusis, cujus dramatis Fritzscheus curavit editionem hisce adhibendam, neque neglectam a Welckero, quamvis raro sentiente cum viro litteratissimo. Andromedae ibi personam gerit vetulus Mnesilochus, Echus eum irridentis Euripides, et pro ceto Scytha inductus est. Acta est autem Andromēda Euripidea anno ante Thesmophoriazusas. G. Hermannus praef. Helenae p. VII.: „Scholiastes ad Thesmoph. 1012. (958.) de Andromeda: Συνδεδίδακται γὰρ τῇ Ἑλένῃ. quodsi

---

λευσε —, Βῆλος δὲ ὑπομείνας ἐν Αἰγύπτῳ βασιλεύει μὲν Αἰγύπτου, γαμεῖ δὲ Ἀγχινόην τὴν Νείλου θυγατέρα, καὶ αὐτῷ γίνονται παῖδες δίδυμοι Αἴγυπτος καὶ Δαναὸς, ὡς δέ φησιν Εὐριπίδης (Andromeda procul dubio) καὶ Κηφεὺς, καὶ Φινεὺς προσέτι. Alii aliter, sed Euripides ob oculos versatus esse videtur Apollodoro.

*) Oblitus hic est Apoll. commemorare ensem falcatum (ἅρπην), sed in superioribus hujus capitis, §. 8.: λαβὼν δὲ καὶ παρὰ Ἑρμοῦ, inquit, ἀδαμαντίνην ἅρπην (Jovis telum bello contra Typhonem Apoll. I, 6, 3, 7.), πετόμενος εἰς τὸν ὠκεανὸν ἦκε, καὶ κατέλαβε τὰς Γοργόνας κοιμωμένας etc.

Digitized by Google

ostendi potest, quo anno acta sit Andromeda, constabit etiam de Helena. Nondum editam fuisse Andromedam, cum Aves doceret Aristophanes, tradit schol. ad Avium versum 347. (339.), reprehendens Asclepiadem, qui respici eam in Avibus crediderat. Aves autem actae sunt Ol. 91, 2. archonte Chabria. Ranas edidit Arist. Ol. 93, 3. Callia archonte. Ad ejus fabulae v. 53. observat schol., octavo ante anno actam esse Andromedam. is vero est Ol. 91, 4. (anno ante Chr. nat. 413.), quo archon fuit Cleocritus. Anno post, Ol. 92, 1., archonte Callia, actae sunt Thesm., ipso in ea fabula teste Aristophane v. 1060. (1001.): quapropter eam v. 850. (808.) *τὴν καινὴν Ἑλένην* vocat, quod recte interpretatur schol. *ὑπόγυον δεδιδαγμένην.*"

1.

Schol. Ravenn. ad Aristoph. Thesm. 1074. (1006.) *Ὁ Μνησίλοχος ὡς Ἀνδρομέδα. τοῦ προλόγου Ἀνδρομέδας εἰσβολή.* Schol. Theocr. II, 166. *Ὅτι δὲ ἐπὶ ἅρματος ὀχεῖται ἡ Νὺξ, Εὐρ. Ὦ Νὺξ* etc.

Ὦ Νὺξ ἱερὰ, an.
ὡς μακρὸν ἵππευμα διώκεις, an. paroem.
ἀστεροειδέα νῶτα διφρεύουσ' dact. t.
αἰθέρος ἱερᾶς an.
τοῦ σεμνοτάτου δι' Ὀλύμπου! an. paroem.

Valde infans atque inelegans fuisset E., si parvo intervallo dixisset *Νὺξ ἱερὰ, αἰθέρος ἱερᾶς,* quorum haec quidem suspecta reddit etiam dactylum male excipiens anapaestus. quare *ἱερᾶς* depravatum arbitror et ponendum — *αἰθέρος αὔραις τοῦ σ. δι' Ὀ.*

Initium simile Iphigeniae Aul. et Rhesi.

2., 3., 4.

Ad eandem Andromedae monodiam pertinent haec ex eodem loco Aristophanis:

Τί ποτ' Ἀνδρομέδα περίαλλα κακῶν an. d.
μέρος ἐξέλαχον, θανάτου τλήμων;

Schol. Rav.: *Λείπει „μέλλουσα τυχεῖν."* Cave credas: per se enim, et eleganter quidem, dictum est *θαν. τλήμων,* „misera mortis," i. e. ob mortem, propter genus mortis, quo mihi pereundum est.

Neque abhorrent illa, quae affert Schol. ad Comici Av. 347. (cf. fragm. 45.)

Ἐκθεῖναι κήτει φορβάν.

et ista, quae restituas e Thesm. 1029. et seqq.

— — *Οὐ* i. trim.
χοροῖσιν, οὐδ' ὑφ' ἡλίκων νεανίδων,
ἀλλ' ἐν πυκνοῖς δεσμοῖσιν ἐμπεπλεγμένη

Digitized by Google

κήτει βορᾷ πρόκειμαι, anacr.
γαμηλίῳ μὲν οὐ ξὺν παιῶνι, δεσμίῳ δέ. asynart., 2 anacr.
Γοᾶσθέ μ', ὦ γυναῖκες, ὡς μέλεα μὲν πέπονθα
μέλεος, ὦ τάλαιν' ἐγώ! tr. d. cat.
ἀπὸ δὲ συγγόνων ἄλλως ἄνομα πάθεα, dochm. hyp.
πολυδάκρυτον αἶδα γόον φλέγουσαν. asynart., dochm. et ithyph.
ἰὼ μοι μοίρας ἄτεγκτε δαίμων! asynart., dochm. et i. h.
ὦ κατάρατος ἐγώ! — dact. d. hyp.
Τίς ἐμὸν νῦν ἐπόψεται tr. d. cat.
πάθος ἀμέγαρτον ἐπὶ κακῶν παρουσίᾳ;
εἶθε με πυρφόρος αἰθέρος ἀστὴρ dact. t.
ἐξολέσειεν! adon.
οὐ γὰρ ἔτ' ἀθανάταν φλόγα λεύσσειν ἐστὶν ἐμοὶ
φίλον, ὡς ἐκρεμάσθην, dact. octon.
λαιμότμητ' ἄχη δαιμονῶσ', asynart., t. et i.
αἰόλᾳ νέκυσ' ἐπὶ πορείᾳ. glyc. hyp.

Schol. Rav. ad 8. (1040.) *Ἀπὸ κοινοῦ λάβωμεν „Πέπονθα ἄνομα πάθεα.“ καὶ ταῦτα ἐξ Ἀνδρομέδας, δεομένης* (ita Matth. pro *δεομένη*) *τοῦ βαρβάρου* (barbari regis, Cephei). *προεῖπε δὲ „Γοᾶσθέ μ', ὦ γυν.“* etc. Omittendum fuit 4. nomen helluonis Glaucetae (*Γλαυκέτη*), quod Comicus infersit post *βορά:* tum mutandum *τάλας* in *τάλαινα*, *δαιμονῶν* in *δαιμονῶσ'*. 8. pro corruptis *ἀλλ' ἀν' ἄνομα* etc. dedi *ἄλλως*, compendio *αλλϑ'* deceptos esse ratus librarios, ut haec dicat virgo „et incendentem (me deplorate) luctum lacrimosum Orci propter temere a cognatis illata in me mala injusta.“ *οὖν* pro *οὐκ* debetur Jacobsio Anthol. Palat. III. p. 741., et Brunckio *αἰόλᾳ πορείᾳ* (cito itinere) 18., quo versu, quod in codicibus habetur, *νέκυσιν* corrumpit metrum.

5.

Idem schol. ad Thesm. 1018. (964.) *Πάλιν ἐξ Ἀνδρομέδας. πρὸς τὴν Ἠχὼ Ἀνδρ. λέγει „Προσαιδοῦσσαι τὰς ἐν ἄντροις ἀπόπασον ἔσον ἀχοῖ με σὺν φίλαις γόου πόθον λαβεῖν.“* Haec restitueris ita scribendo:

Πρὸς αἰδοῦς σὲ), τὰς ἐν ἄντροις ἀπόπαυσον*, asynart., dochm. et pherecrat.
ἔασον δ', Ἀχοῖ, με σὺν φίλαισι asynart., dochm. et i. h.
γόου πόνου λαβεῖν! i. d. brachycat.

Copulam addidi necessariam, cui copulae (*Δ'*) verisimile videtur offecisse A. simile vicinum, et pro inepte *πόθον* dedi *πόνον*. Seidler. et alii *ἀπόπαυσον*. precatur Echonem Andr., ut tacere

*) Scil. *ἱκετεύω*. cf. Iphig. Aul. 818 etc.

Digitized by Google

jubeat Nymphas *ἀντριάδας*, famulas suas. W. p. 653., nota 15.: „Es ist neu u. eigen, dass Echo ihre Dienerinnen hat, u., wie sie selbst in Höhlen wohnt (Ovid. Met. III, 395.), *πέτρας ὀρείας παῖς* (Hecub. 1110.), *πέτρας ἠχὼ* (Aeschyl. Pers. 390.), wie Fritzsche p. 420. anführt, so auch durch die Höhlennymphen wirkt. Denn *αἱ ἐν ἄντροις* sind die *ἀντριάδες*, welche Phrynichos Arabios. (Bekker. Anecd. p. 17.) von den Najaden u. Oreaden unterscheidet —. Der Unterschied ist, dass andre Nymphen in Höhlen verehrt werden u. hausen, diese aber das Eigenthümliche der Grotten, das Hallende insbesondre, ausdrücken." —

6.

Idem ad Lysistr. 962. (898.) *Ποῖα ψυχή; Παρὰ τὸ ἐξ Ἀνδρομέδας „Ποῖα λιβὰς, σειρήν;"* Schol. Ravenn. *Πῶς δυνήσῃ σαυτὸν ἐπισχεῖν, οὕτως ἡρεθισμένος; παρὰ τὸ ἐξ Ἀνδρομέδας „Ποῖαν αἰλιβάδ', ποῖος εἰρήν."* Matth.: „An *Ποῖαι λιβάδες; ποῖα σειρήν;*" Hoc certatim propagaverunt viri docti non explicatum, nec sane difficultate caret vox *λιβάδες*, nisi forte *Λιβάδες* intelligendae sunt nymphae fontium, quibus non inepte sociaretur Siren, siquidem Sirenes Acheloi filiae perhibebantur. quodsi hoc placet, Perseus advolans, ubi e longinquo conspexit Andromedam et circumfusas amicas ejus in rupe, mulieres choricas, habet eas pro nymphis fontium ibi scatentium, et ipsam pro Sirene. sed suspicor Tragicum dixisse *Ποῖαι λιθάδες;* „Quae saxa?" tum intelligendus collis saxosus, ad quem alligata fuit Andromeda.

7., 8., 9.

Jam sequuntur verba Persei advenientis*) et cum puellis Aethiopicis ipsaque Andromeda colloquentis.

Thesmoph. 1098. (1036.)

(ΠΕΡΣ.) Ὦ θεοί, τίν' ἐς γὴν βαρβάρων ἀφίγμεθα
ταχεῖ πεδίλῳ; διὰ μέσου γὰρ αἰθέρος
τέμνων κέλευθον πόδα τίθημ' ὑπόπτερον,
Περσεύς, πρὸς Ἄργος ναυστολῶν, τὸ Γοργόνος
κάρα κομίζων.

Ad haec Schol. Rav. mendose: *Εἰς Περσέα ἐξ Ἀνδρομέδας τρία τὰ πρῶτα, καὶ λοιπὸν ἐπέζευξε τὰ ἑξῆς.* dicendum erat *Περσέως*, deleto *Εἰς*, nec causa est, cur verba *Περσεὺς — κομ.* abjudicemus ab Euripide.

8.

Schol. ad Thesm. 1116. (1054.), qui affert verba *Ἔα — θαλάσσης*, tum Maximus in Dionys. Areopag. t. II. p. 28. ed Corder.

*) W. p. 648, not. 5. „Pollux IV, 128. u. Schol. ad Clem. Alex. Protr. p. 98.; *Δείκνυσι δὲ ἡ μηχανὴ θεοὺς καὶ ἥρωας τοὺς ἐν ἀέρι, Βελλεροφόντην ἢ Περσέα, καὶ κεῖται κατὰ* (Schol. *μετὰ*) *τὴν ἀριστερὰν ὑπὲρ τὴν σκηνὴν τὸ ὕψος.* Cf. Aristoph. Daedal. fragm. 3. (Erotian. v. *ἀνεκάς.*)"

Digitized by Google

et Pachymeres ibidem p. 30., apud quos reliqua leguntur. dicit haec Perseus, cum longius etiam abest a terra; quae sequuntur autem similia, ubi propius accessit, ita ut cognoscat, non effigiem insculptam rupi, sed veram vivamque esse virginem Andromedam.

Ἔα, τίν' ὄχθον τόνδ' ὁρῶ περίῤῥυτον
ἀφρῷ θαλάσσης, παρθένου τ' εἰκώ τινα
ἐξ αὐτομόρφων λαΐνων τυκισμάτων,
σοφῆς ἄγαλμα χειρός;

Toleravi verbum *αὐτομόρφων*, ut *τυκίσματα* (ita Jacobs. Exerc. crit. I. p. 215. pro *τειχισμάτων*) *αὐτόμορφα* intelligantur effigies, quae velut totae sint forma, i. e. omnino formosae, sive Welckeri verbis „ganz Form, urschön, wie *αὐτόκωλος* bei Simonides de Mulier. 76., *αὐτόξυλος*, *αὐτοχόωνος* Iliad. *ψ'*, 826" etc. vellem tamen allata esse exempla vocabuli ea notione usurpati: neque enim inepte Fritzsch. *αὐτόμορφα* dici putat ea, quae sponte sua certam formam assumserint, „selbstgestaltet," nisi quod ei sensui repugnant verba *σοφῆς ἄγαλμα χειρός*, ut W. animadvertit. videndum igitur, an reponendum sit, facili quidem mutatione sententiaque perspicua, *ἀντιμόρφων*, „effictorum." sic *ἀντικύων* pro *αὖτη κύων* legendum videtur apud Homeri scholiastas Odyss. *υ'*, 66., ubi plura de hujusmodi mendis.

9.

Tiberius rhet. §. 47. ed. Boissonade.

Ὁρῶ δὲ πρὸς τῆς παρθένου θοινάματα.

10.

Thesmoph. 1105. (1043.)

(*ΠΕΡΣ.*) *Ἔα, τίν' ὄχθον τόνδ' ὁρῶ, καὶ παρθένον*
θεαῖς ὁμοίαν, ναῦν ὅπως, ὡρμισμένην;
(*ΑΝΔΡ.*) *Ὦ ξένε, κατοίκτειρόν με τὴν παναθλίαν!*
λῦσόν με δεσμῶν!

Malim — *τὴν παν.*, *λῦσον δὲ δ.* de *δ* et *μ* litteris interdum confusis v. Porson. ad Phoeniss. 1555.

11.

Ibidem 1015. (961.)

(*Π.*) *Φίλαι παρθένοι, φίλα μοι* glyc. polyschem.
πῶς ἂν ἐπέλθοιμι; (*ΑΝΔΡ.*) *Κλύεις, ὦ;* chor. d. hyp.

libri *ἀπέλθοιμι;* verbis *Κλ.*, *ὦ;* Andr. laeta Persei adventu et desiderio, quod significat, se adeundi compellat, nisi fallor, puellam proxime adstantem, seu coryphaeum.

12.

Stobaeus 112. p. 183.

(*Α.*) *Συνάλγησον, ὡς ὁ κάμνοντι δακρύων* dochm. hyp.
μεταδοὺς ἔχει κουφότητα μόχθων. asynart., 2, i, h.

Digitized by Google

Ita Meinek. Marginalium VII. (Zeitschr. f. A. W. a. 1843. fascic. 2.), nisi quod minus recte digessit versus. Vitiose codd. *κάμνων.* dictum *ὁ κάμνοντι μεταδοὺς δακρύων* pro *τὸ κάμνοντι μεταδιδόναι δ.*, de quo genere loquendi v. Meinek. Fragm. Com. gr. IV. p. 368., nos ad Odyss. *δ'*, 397. E. Herc. fur. 1134 *Αὔδαδες ὁ θεὸς* pro *A. τὸ θεῖον*, et contraria ratione inferius fr. 22. *ὑπ' αὐτοῦ τοῦ διδάσκεσθαι φιλεῖν* pro *ὑπ' αὐτῶν τῶν διδάσκεσθαι φιλούντων*, „a discendi cupidis," i. e. amantibus.

13.

Schol. Ravenn. ad Thesmoph. 1022. (966.)
(*ΧΟΡΟΣ.*) *Ἄνοικτος ὡς τεκών σε*, anacr.
τὴν πολυπονωτάτην βροτῶν, i. d.
μεθῆκεν ᾅδᾳ ματρὸς ὑπερθανεῖν. alc.
Codd. *πατρὸς ὑπερθ.*, sed pro matre moritura erat Andromeda. Apollodorus in superioribus: *Κασσιέπεια γὰρ — Νηρηίσιν ἤρισε περὶ κάλλους* etc. saepe confusae *μ* et *π* litterae in libris.

14.

Thesm. 1121. (1048.), 1067. (999.), Plutarch. Sympos. IX, 15., p. 747, D., qui attulit verba *Ὁ πετ. — γοργ.*
(*Π.*) *Ὦ παρθέν', οἰκτείρω σε κρεμαμένην ὁρῶν* *).
(*Α.*) *Σὺ δ' εἶ τις, ὅστις τοὐμὸν ὤκτειρας πάθος;*
(*Π.*) *Ὁ πετόμενος ἱερὸν ἀνὰ Διὸς αἰθέρα* dochm.
γοργοφόνος.
Aristoph. v. 2. *ἥτις*, ut convenit personae ludicrae Echonis, quam compellat Andromedae partes agens Mnesilochus.

15.

Plut. Moral. p. 22, e. *Τῷ θοάζειν τὸ κινεῖσθαι σημαίνουσιν, ὡς Ε.*
(Andr. in explicatione mythi sui)
Κῆτος θοάζον ἐξ Ἀτλαντικῆς ἁλός.

16.

Zenobius V, 45.
(A. ibidem)
Οἵῳ μ'. ὁ δαίμων θηρίῳ συνῴκισεν.

*) Matthiaeum, ne Euripideis insereret vicina ista apud Aristophanem
— *Ἀνθρώποισι γὰρ νοσήματα*
ἅπασίν ἐστιν, ἐμὲ δὲ μαὐτὸν τῆς κόρης
ταύτης ἔρως εἵληφεν,
vel versus medii mensura comoediam redolens deterrere debebat. Etiam Thesm. 1122. (1060.) *Πεσεῖν ἐς εὐνὴν καὶ γαμήλιον λέχος* habet comicum colorem, fucatum illum verbis tragicis (Orest. 1022.) *γαμ. λέχος.*

Digitized by Google

17.

Diogenes Laërt. IV, 29. — *τὰ ἐξ Ἀνδρομέδας Εὐριπίδου* — (*Π.*) *Ὦ παρθέν', εἰ σώσαιμί σ', εἴσει μοι χάριν;*

18.

Herodianus *Περὶ σχημάτων* p. 58, 9. (Villoison. Anecd. gr. II. p. 94.)

(*Α.*) *Ἄγου δέ μ', ὦ ξέν', εἴτε πρόσπολον θέλεις, εἴτ' ἄλοχον.*

libri *εἴτ' ἄλ.*, *εἴτε δμωίδα.* Diog. Laert. l. l. *Ἄγου με, ὦ ξένε, εἴτε δμωίδ' ἐθέλεις, εἴτ' ἄλοχον*, qui germanae voci substituit glossema. versificatoris, de sententia securi, est illud *Εἴτ' ἄλ.*, *εἴτε δμωίδα.*

19.

Stob. 110. p. 581.

(*Α.*) *Μή μοι προτείναν ἐλπίδ' ἐξάγου δάκρυ.*
(*Π.*) *Γένοιτο δ' ἂν πόλλ' ὧν δόκησις οὐκ ἔνι.*

Ita Matth. nota. vulgo verba *Γέν.* — *ἔνι* Andromedae orationi continuantur. His apte subjungas sub persona virginis, quae affert Stob. 97. p. 538., haec:

20.

Ἦ που τὸ μέλλον ἐκφοβεῖ καθ' ἡμέραν,
ὡς τοῦ γε πάσχειν τοὐπιὸν μεῖζον κακόν.

Sane futurum quaeque formidat dies,
torquetque magis urgente venturum malum.

Nec discrepat Thesm. 1134. (1072.)

21.

Μέμνησο, Περσεῦ, μ', ὡς κατέλιπες ἀθλίαν.

libri *καταλείπεις* corrupto senario tragico. Clamabat hoc, ni fallor, Andromeda Perseo digresso ab illa, ut Cepheum conveniret de stipulandis filiae nuptiis ante quam bellum se objiceret: sic enim rem gestam esse narrat Apollodorus. etiam Mythogr. I, 73.: — Pactusque est a Cepheo et Cassiopeia, parentibus virginis, ut eam sibi matrimonio jungerent, si bellum interemisset. Ipse Perseus tum videtur pronuntiasse illa apud Athenaeum XIII. p. 561, b, c, quae verba ejus esse in Andromeda Euripidea docet Lucianus De conscrib. hist. 1.

22.

Σὺ δ', ὦ τύραννε θεῶν τε κἀνθρώπων, Ἔρως,
ἢ μὴ δίδασκε τὰ καλὰ φαίνεσθαι καλά,
ἢ τοῖς ἐρῶσιν, ὧν σὺ δημιοῦργος εἶ,
μοχθοῦσι μόχθους εὐτυχῶς σύνεκπόνει.
καὶ ταῦτα μὲν δρῶν τίμιος θεοῖς ἔσει,
μὴ δρῶν δ' ὑπ' αὐτοῦ τοῦ διδάσκεσθαι φιλεῖν
ἀφαιρεθήσει χάριτας, αἷς τιμῶσί σε.

Digitized by Google

Verba τίμιος θεοῖς ἔσει pluribus offensioni fuerunt, quorum Musgrav. proponit τ. νέοις ἕ., Dobraeus autem ad Aristoph. Vesp. 396. pro θεοῖς legendum putat θνητοῖς, vel θεῶν. sed parum laudis est, si apud juvenes tantum et mortales poëta honoratum iri dicat Amorem, quem deorum et hominum tyrannum appellavit: θεῶν autem nec verisimile videtur, et friget τίμιος θεῶν, si nihil aliud significat quam τίμιος θεός. merito tamen in suspicionem adductum esse arbitror θεοῖς, quippe quod non magis sufficiat sententiae quam νέοις vel θνητοῖς. malim igitur τίμιος θεός τ' ἔσει, „honoratus eris et deus," i. e. deus nomine dignus, deus verus, deus potens, quemadmodum emphatice dici solent verba θεὸς, deus. E. Helena 516. (560.) Ὦ θεοί! θεὸς γὰρ καὶ τὸ γιγνώσκειν φίλους. Virg. idyll. 1, 7. „Namque erit ille mihi semper deus." cf. annot. ad 12. θεοςτ' facile in θεοισ mutari potuisse sciunt palaeographi.

Quae habet Stob. 62. p. 399.

Σὺ δ', ὦ κάκιστε πάντων θεῶν τε κἀνθρώπων,
ἢ μὴ δίδασκε τὰ κακὰ φαίνεσθαι καλὰ,
ἢ τοῖς ἐρῶσιν εὐμενὴς παρίστασο,

ea non Euripidis esse, sed poëtae alicujus παρῳδοῦντος, Matth. et W. animadverterunt. primus versus sic opinor, scribendus est, restituto senario comico:

Σὺ δ', ὦ κάκιστε θεῶν τε πάντων καὶ βροτῶν.

καὶ βροτῶν etiam Scaliger apud Grotium, nec dubium quin depravatum sit κἀνθρώπων.

23., 24.

Stob. 61. p. 388.

Ὅσοι γὰρ εἰς ἔρωτα πίπτουσιν βροτῶν,
ἐσθλῶν ὅταν τύχωσι τῶν ἐρωμένων,
οὐκ ἔστι πολὺς λείπεται τόθ' ἡδονῆς.

Haec commode ad eandem Persei orationem referantur. item illa Stob. 65. p. 411.

Τῶν γὰρ πλούτων ὅδ' ἄριστος anap. paroem.
γενναῖον λέχος εὑρεῖν. pherecrat.

Pars non exigua fragmentorum hujus fabulae continetur Persei colloquio cum Cepheo de paciscendis Andromedae nuptiis. Narrasse putandus ille est matris suamque historiam, genus ab Jove, sed adversas et Danaës et ipsius fortunas, ejectorum olim in mare ab Acrisio, nec servatorum a Polydecte, rege Seriphi insulae, nisi iniquis conditionibus nuptiarum matris et ab ipso suscipiendae expeditonis ad afferendum Medusae caput abscissum, quod opus se effecturum juvenili audacia elatum temere promisisse (24.), eoque diis faventibus peracto gloriam quidem nunc reportare magnorum ausorum, sed opibus destitutum esse, nec tute vel Argos rediturum

Digitized by Google

ob metum Acrisii de oraculo*), vel ad Polydecten propter importunum ejus amorem, quem ad vim spectare. perdite autem se amare Andromedam (26.), neque indignum regia virgine sibi videri, qui et belluam interfecturus sit, et placato Acrisio Argis se regnaturum sperare possit. Ad haec barbarus primum silere, incertus consilii, ut qui servari quidem vellet filiam, sed generum inopem atque obnoxium, et fortasse a Phineo vel Agenore notatum tanquam nothum, contemneret; deinde magnos Persei spiritus reprimere, opesque ceteris rebus praeferre, quibus opibus se ait abundare, quamvis afflictum (31. — 33.), donec tandem monitis Chori senum, opinor, Aethiopum lenitus filiam despondet Perseo, si victor redierit.

Persei verba ad Cepheum ante quam belluam invadit.

25.

Stob. 50. p. 357.

Νεότης μ' ἐπῆρε, καὶ σθένος τοῦ νοῦ πλέον.

26.

Idem 69. p. 399.

Ἔρωτα δεινὸν ἔχομεν· ἐκ δὲ τῶν λόγων
ἑλοῦ τὰ βέλτισθ', ὡς ἄπειστόν ἐστ' ἔρως,
κἀν τῷ κακίστῳ τῶν φρενῶν οἰκεῖν θέλει.

Perseus, suspicans, quae dicturus sit pro se et causa sua nuptiarum Andromedae, vana visum iri barbaro regi, vehementem amorem excusat, Cepheumque jubet ex oratione sua optima eligere: neque enim aptum ad persuadendum esse amorem, ut cujus non eadem in animo sedes sit quae rationis, sed fere pessima ista libidinum. ὡς pro ὥστε vulgato recte Piersonus apud Valck. Diatr. p. 159. nos dedimus ἄπειστον, quo sensu ἀπειθῆ μῦθον dixit Theognis 1235. abhorrent enim verba codicum ὥστ' ἄπιστόν ἐστ' ἔρως, „infidum est amor," ut vertit Grotius.

27.

Idem 29. p. 200.

Οὐκ αἰσχρὸν οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς,
ἀλλ' ἡδύ τοι σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων.

---

*) Apollod. II, 4, 1, 1.: *Ἀκρισίῳ δὲ περὶ παίδων γενέσεως ἀρρένων χρησηριαζομένῳ ὁ θεὸς ἔφη γενέσθαι (ἂν) παῖδα ἐκ τῆς θυγατρὸς, ὃς αὐτὸν ἀποκτείνῃ. δείσας οὖν Ἀκρίσιος τοῦτο, ὑπὸ γῆν θάλαμον κατασκευάσας χάλκεον, τὴν Δανάην ἐφρούρει· ταύτην μέν, ὡς ἔνιοι λέγουσιν, ἔφθειρε Προῖτος* (Acrisii frater geminus), *ὅθεν αὐτοῖς καὶ ἡ στάσις ἐκινήθη, ὡς δὲ ἔνιοί φασι, Ζεὺς μεταμορφωθεὶς εἰς χρυσὸν, καὶ διὰ τῆς ὀροφῆς εἰς τοὺς Δανάης εἰσρυεὶς κόλπους, συνῆλθεν. αἰσθόμενος δὲ Ἀκρ. ὕστερον ἐξ αὐτῆς γεγεννημένον Περσέα, μὴ πιστεύσας ὑπὸ Διὸς ἐφθάρθαι, τὴν θυγατέρα μετὰ τοῦ παιδὸς εἰς λάρνακα βαλὼν ἔῤῥιψεν εἰς θάλασσαν* etc.

Digitized by Google

Negat P. ignominiae sibi esse miram profectionem suam ad Gorgonas jussu Polydectae: neque enim se illi paruisse tanquam obnoxium, sed necessitate implendi promissi; esse autem quod gaudeat feliciter exactis laboribus.

28.

Idem ibidem p. 199.

Εὔκλειαν ἔλαβον οὐκ ἄνευ πολλῶν πόνων.

29.

Idem 34. p. 215.

Σιγᾷς· σιωπὴ δ' ἄπορος ἑρμηνεὺς λόγων.

Ad haec W. Cepheum respondisse putat illa, quae ex Plutarchi verbis Moral. 532, f, *Τὴν γὰρ σιωπὴν ὁ μὲν Ε. φησὶ τοῖς σόφοις ἀπόκρισιν εἶναι* eruas,

30.

Ἡ γὰρ σιωπὴ τοῖς σοφοῖς ἦν ἀπόκρισις.

31.

Id. 103. p. 562.

Οὐκ ἔστιν ὅστις εὐτυχὴς ἔφυ βροτῶν,
ἂν μὴ τὸ θεῖον ὡς τὰ πολλὰ συντελῇ.

Libri: — *βροτ.*, *ὃν μὴ* — *συνθέλει.* Heyn. ad Eratosth. Catast. p. XXIV. *ᾧ μὴ* — *συντελεῖ.* Heathio quoque placuerat *συντελεῖ.* alii: *συντελῇ. ἂν μὴ συντελῇ*, „nisi adjuvet.“ His P. respondet ad Cephei dicta 32. et 33., jamque illi deos favere significat, qui se praeter omnem expectationem miserint ad servandam ejus filiam, quam propterea sibi desponderi aequum esse, neque se dubitare quin sic ipse existimet. Quae refellens Cepheus dicere potuit illa, quae posuimus 34., cum ex hac fabula petita videantur doctis, etsi ad Andromacham refert Aristophanis schol. ad Ran. 105.

Cephei verba ad Perseum ex eadem scena.

32.

Stob. 79. p. 469.

Ὦ τλῆμον, ὥς σοι τὰς τύχας μὲν ἀσθενεῖς
ἔδωχ' ὁ δαίμων, μέγα φρονοῦσι δ' οἱ λόγοι!

33.

Idem 96. p. 531.

— *Χρήμασιν γὰρ εὐτυχῶ,*
ταῖς συμφοραῖσι δ', ὡς ὁρᾷς, οὐκ εὐτυχῶ.

34.

Idem 89. p. 502.

Χρυσὸν μάλιστα βούλομαι δόμοις ἔχειν·
καὶ δοῦλος ὢν γὰρ τίμιος πλουτῶν ἀνὴρ,

Digitized by Google

ἐλεύθερος δὲ χρεῖος ὢν οὐδὲν σθένει.
χρυσοῦ νόμιζε σαυτὸν οὕνεκ' εὐτυχεῖν.

35.

Schol. Comici ad Ran. 105.

Μὴ τὸν ἐμὸν οἶκει νοῦν· ἐγὼ γὰρ ἀρκέσω.

Animum alicujus habitare Graeci dicunt eum, qui pro illo cogitat, quod se ipsum posse ait Cepheus, neque opus esse Persei consiliis.

Verba Chori cum totius vel Hemichorii lyrica, tum coryphaei, senariis iambicis conscripta.

36.

Stob. 111. p. 582., Ammon. *Περὶ διαφ. λέξ.* v. *ὀρρωδεῖν.*

(*ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.*) *Τὰς συμφορὰς γὰρ τῶν κακῶς πεπραγότων*
οὐ πώποθ' ὕβρισ', αὐτὸς ὀρρωδῶν παθεῖν.
(*ΧΟΡΟΣ.*)

37.

Stob. Eclog. phys. et eth. p. 131.

Τὸ δαιμόνιον οὐχ ὁρᾷς, ὅπη asynart., dochm. et i.
μοίρας διεξέρχεται, στρέφει δὲ asynart., 2 i. h.
ἄλλους ἄλλως εἰς ἀμέραν; asynart., spond. et i.

38.

Idem 93. p. 561.

— *Ὁ μὲν ὄλβιος ἦν,* anap.
τὸν δ' ἀπέκρυψεν θεός. ἦ κείνων anap. d.
τῶν ποτε λαμπρῶν νεύει βίοτος,
νεύει δὲ τύχα κατὰ πνεῦμ' ἀνέμων.

Codd. — *θεός. ἐκείνων.* vulgati libri *θ. ἐκ κείνων τ. π. λ. νεύει β.*, quod foret *ἐκνεύει.* verum id neque ad sententiam facit, et sequente altero, *νεύει*, quod item intelligendum esset *ἐκνεύει*, abhorret ab usu graecae linguae, quo bis illatis verbis cum praepositione compositis nonnisi praepositio solet repeti. igitur dicendum fuisset — *βίοτος, ἐκ δὲ τύχα* etc., quod metro arguitur. v. Matth. gramm. gr. §. 594, 2.

Pactis Andromedae nuptiis Perseus ad interficiendam belluam proficiscitur, eaque occisa rediens lacte et vino excipitur a laetis pastoribus.

39.

Athenaeus XI. p. 477, a, Eustath. ad Odyss. *ι'*, p. 1632, 9., Macrob. Sat. V, 21.

— *Πᾶς δὲ ποιμένων ἔῤῥει λεώς,*
ὁ μὲν γάλακτος κίσσινον φέρων σκύφος
πόνων ἀναψυκτῆρ', ὁ δ' ἀμπέλων γάνος.

Verba Nuntii.

Digitized by Google

40.

Jam nuptiae celebrantur, epulumque instruitur, confluentibus Aethiopibus.

Anecd. Bekker. I. p. 339, 5. *Ἄγορος καὶ Ἄγοροι. Εὐρ. Ἀνδρομέδᾳ „Οἱ κατ' οἶκον ἀμφὶ δαῖτα καὶ τράπεζαν.“ Αἰθίοπας σημαίνει.* Scribamus

— *Οἱ κατ' οἶκον ἀμφὶ δαῖτα καὶ*
τράπεζαν ἄγοροι.

καὶ extremo versu, ut Soph. Phil. 292. et alias.

41.

Turbantur nuptiae a Phineo vel Antenore, qui monent Cepheum, ne notho in matrimonium det filiam regiam.

Stob. 75. p. 453.

Ἐγὼ δὲ παῖδας οὐκ ἐῶ νόθους λαβεῖν·
τῶν γνησίων γὰρ, οὐδὲν ὄντες, ἐνδεεῖς
νόμῳ νοσοῦσιν, ὅ σε φυλάξασθαι χρεών.

42.

Aristoph. Thesm. 1128. (1066.)

Iidem Perseum objurgant. quos ubi verbis placari non posse, insidiasque strui, sensit, orare desinens et Medusae caput circumspiciens (*τούτῳ πρέπουσαν μηχανὴν*) inquit

Αἰαῖ, τί δράσω; πρὸς τίνας στρεφθῶ λόγους;
Ἀλλ' οὐκ ἂν ἐνδέξαιτο βάρβαρος φύσις·
σκαιοῖσι γάρ τοι καινὰ προσφέρων σοφὰ
μάτην ἀναλίσκοις ἄν. ἀλλ' ἄλλην τινὰ
τούτῳ πρέπουσαν μηχανὴν προσοιστέον.

probabiliter enim haec ad Andromedam retulit Matth., nec satis causae est, cur verba *σκαιοῖσι — προσοιστέον*, Aristophani attribuantur, quorum *σκαιοῖσι — σοφὰ* habeat E. Medea 302. (283.), reliqua vero et apta sint hisce rebus, et, sive sententiam seu metrum spectes, non indigna Tragico. *τούτω*, isti, contemtim dictum est, ut passim *οὗτος*.

43.

Stob. Eclog. eth. p. 123.

Τήν τοι Δίκην λέγουσι παῖδ' εἶναι Διὸς,
ἐγγύς τε ναίειν τῆς βροτῶν τιμωρίας.

Hisce itidem Perseus a vi inferenda deterrere inimicos potuit, quae huic fabulae Musgrav. aliique annumerant: nam in codicibus quidem ex Andromacha petita esse dicuntur.

44.

Difficilius est judicare de corruptis illis apud Stob. 122. p. 613. *Τὸ ζῆν ἀφέντες τὸ κατὰ γῆν τιμῶσί σου. κενόν γ'· ὅταν γὰρ*

Digitized by Google

ζῇ τις, εὐτυχεῖ, Κρέων. nam recte quidem, opinor, Gaisford., cum Paris. A. ostendat ὅτου γὰρ, posuit ὅπου γὰρ, nec minus bene habet Musgravii εὐτυχεῖν χρεών, quibus receptis scripserim

Τὸ ζῆν ἀφέντες τὸ κατὰ γῆν τιμῶσί του,
κενόν γ' · ὅπου γὰρ ζῇ τις, εὐτυχεῖν χρεών,

quorum sententia est quae istorum apud Horatium Od. III, 24.

Virtutem incolumem odimus,
sublatam ex oculis quaerimus invidi,

siquidem ἀφέντες est „contemnentes;" verum ea ipsa sententia dubitari potest cujusnam ex persona pronuntietur, nisi forte P. in discrimen mortis adductus invidia procerum Aethiopum ita queritur de ingratis hominum animis, bene de se meritos viros fere vivos spernentium, nec nisi post mortem honorantium praemio inani: nam ubi vivat homo, scilicet apud Superos, ibi felicitate opus ei esse, i. e. honore, quae est in parte felicitatis. Creontis nomine deceptus Valck. haec ad Alcmaeonem retulit propter verba Ὦ παῖ Κρέοντος etc. apud Stob. 88. p. 500. neque cautior conjector Hartungus Eurip. restitut. vol. I. p. 428. in enarrando argumento Antigonae Euripideae: „Cum perventum esset," inquit, „ad subterraneum, in qua Antigone viva includenda erat, virgine in tumulum detrusa juvenis eodem subito se demisit, strictoque gladio arcens qui retrahere conabantur una cum virgine inclusus est. His a nuntio expositis in Creontis animo iracundia cum pietate propriique commodi ratione pugnabat; mox eum poenitentia invasit. Felicior ei videtur sors Polynicis quam sua: ad illum enim, quamvis mortuum, omnes se convertere, se autem vivum destitui:

τὸ ζῆν ἀφέντες, τὸ κατὰ γῆν τιμῶσί σου.

Respondet chorus:

κενόν γ' · ὅταν γὰρ ζῇ τις, εὐτυχεῖ, Κρέον.

Dolet enim regis vicem chorus et consolando eum erigere studet" etc. durissima enim est illa interpretatio verborum τὸ ζῆν — σου, nec sane verum, ubi quis vivat, eum felicem esse; quod sensit Matth.

45.

Schol. Comici ad Av. 347. (cf. fragm. 3.) Καὶ δοῦναι φύγχει φορβάν] Ἀσκληπιάδης φησὶν ἀπὸ Ἀνδρομέδας εἶναι, ὡς καὶ τὸ

Σὰ γὰρ ταῦτα πάντα,

καὶ

Ἐκεῖσε δεῦρο. ((Av. 424. [403.] et sequ.)

— Ἄλλως. παρὰ τὸ Εὐριπίδου ἐξ Ἀνδρομέδας

Ἐκθεῖναι κήτει φορβάν,

— καὶ τὸ „Σὰ γὰρ ταῦτα πάντα," καὶ „Τὸ τῇδε καὶ τὸ κεῖσε" etc. E. Phoeniss. 315. (287.) Ἐκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο.

Digitized by Google

46.

Schol. Platon. p. 43. Ruhnken., p. 383. Beck. *Ἐκιρνῶντο ἐν αὐταῖς (ταῖς συνουσίαις) κρατῆρες τρεῖς. καὶ τὸν μὲν πρῶτον Διὸς Ὀλυμπίου καὶ θεῶν Ὀλυμπίων ἔλεγον, τὸν δὲ δεύτερον ἡρώων, τὸν δὲ τρίτον σωτῆρος, ὡς ἐνταῦθά τε καὶ δὴ καὶ ἐν Πολιτείᾳ. ἔλεγον δὲ αὐτὸν καὶ „τέλειον,“ ὡς E. Ἀνδρομέδᾳ καὶ Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς.*

47.

Anecd. Bekker. p. 78, 21. *Αἰσχροκερδής. E. Ἀνδρομέδᾳ.*

48.

„Hesych. *Ἀμείβεται: παραιτεῖται. E. Ἀνδρομέδᾳ.* Corrigunt *περαιοῦται.*“ Matth. Nobis verisimilius videtur *παραθεῖται* a *παραθεῖν*, „praetercurrere.“

VIII. *ΑΝΤΙΓΟΝΗ.*

Magna est virorum doctorum, inprimis Welckeri et Hartungi, de argumento hujus fabulae dissensio. W. enim Hygini narratione usurpata Maemonem, Antigonae filium, adultum inducit, quo agnito tamen Creon, tam longo tempore elapso adhuc inexorabilis, et illam et Haemonem filium ad mortem adigit propter sepultum Polynicem; probabiliorem vero secutus rationem Hartungus (Eurip. restitut. vol. I. p. 421—430.) fundum disputationis suae facit Aristophanis Byzant. verba in argumento Antigonae Sophocleae et similia scholiastae in fine ejus fabulae. igitur audiendi nobis et hi duo sunt et Hyginus, ne temere judicemus. Et Hyginus quidem fab. 72.: „Creon,“ inquit, „Menoecei filius edixit, ne quis Polynicen, aut qui una venerunt, sepulturae traderet, quod patriam oppugnatum venerint. Antigona soror et Argia conjunx clam noctu Polynicis corpus sublatum in eadem pyra, qua Eteocles sepultus est, imposuerunt. quae cum a custodibus deprehensae essent, Argia profugit, Antigona ad regem est perducta. Ille eam Haemoni filio, cujus sponsa fuerat, dedit interficiendam. Haemon amore captus patris imperium neglexit, et Antigonam ad pastores demandavit, ementitusque est se eam interfecisse. Quae cum filium procreasset et ad puberem aetatem venisset, Thebas ad ludos venit. Hunc Creon rex, quod ex Draconteo genere omnes in corpore insigne habebant, cognovit. Cum Hercules pro Haemone deprecaretur, ut ei ignosceret, non impetravit. Haemon se et Antigonam conjugem interfecit. at Creon Megaram filiam suam Herculi dedit in conjugium, ex qua nati sunt Therimachus et Ophites.“ Aristophanes autem Byzant.: *Κεῖται δὲ ἡ μυθοποιΐα καὶ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν*

Digitized by Google

Ἀντιγόνη· πλὴν ἐκεῖ φωραθεῖσα μετὰ τοῦ Αἵμονος δίδοται (δίδοταί τῳ?) πρὸς γάμου κοινωνίαν, καὶ τίκτει τὸν Μαίμονα. et scholiastes: (*Ἰστέον*) *ὅτι διαφέρει τῆς Εὐριπίδου Ἀντιγόνης αὕτη, ὅτι φωραθεῖσα ἐκείνη διὰ τὸν Αἵμονος ἔρωτα ἐξεδόθη πρὸς γάμον, ἐνταῦθα δὲ τοὐναντίον.* His ego usus tale hujus dramatis argumentum fuisse arbitror.

Antigone, in sepeliendo fratre deprehensa una cum Haemone sponso, non supplicio quidem affecta est a Creonte, sed Baccho, deo patrio, intercedente, in matrimonium data viro ignobili, sicut Electra in hujus nostri fabula cognomini, Haemon autem aliam ducere uxorem jussus; cujus violentiae impatiens juvenis, postquam orando atque objurgando patrem demovere de hac sententia frustra conatus est, manus sibi attulit*), impotentem irae senem, jam sero dolentem, solantibus civibus Thebanis, ex quibus Chorum constitisse sentio cum Welckero. Mire Hartungus p. 421., perperam acceptis grammaticorum verbis *δίδοται πρὸς γάμου κοινωνίαν* et *ἐξεδόθη πρὸς γάμον*: „Hoc testimonio (Aristophanis Byzant.), idem utrique poëtae argumentum propositum fuisse, neque rerum, quae in utraque fabula agerentur, naturam, excepto eventu, multum discrepasse, satis, puto, aperte et perspicue declaratur. Nihil enim interfuisse (*διαφέρειν*) praeter exitus diversitatem, tum socio et adjuvante Haemone corpus interfecti sive crematum sive humatum a virgine esse, denique Antigonam Haemoni, postquam invictus adolescentis amor ex conspiratione illa cognitus sit, in matrimonium datam esse (*ἐξεδόθη*) affirmat scholiastes." ad eundem scopulum allisus Matth., quomodo expediretur, non habebat. Welckeri sententiae id inprimis obstat, quod Maemonis personae indicium, quod quidem certum sit, nullum inest in hac fabula. Sed pergamus.

Prologum fabulae Creontem egisse arbitratur W., cui assentior: neque enim Antigonae perturbatae et alibi occupatae hae partes conveniunt. Eo referenda sunt illa apud scholiasten Comici Ran. 1212. (1117.)

1.

Ἦν Οἰδίπους τὸ πρῶτον εὐδαίμων ἀνήρ.

ubi schol.: *Ἐξ Ἀντιγόνης Εὐριπίδου. ἔστι δὲ ἀρχὴ τοῦ δράματος.* His apte jungas, quae ibidem dicit E.:

2.

Εἶτ' ἐγένετ' αὖθις ἀθλιώτατος βροτῶν.

Maxima pars fragmentorum sumta est e colloquio Creontis cum Haemone et Antigona, postquam, justis Polynici factis contra legem, ad eum perducti sunt. Antigonae verba haec videntur:

*) Hinc Ovidius Tript. II, 402. inter amantes *κατ' ἐξοχήν* recenset Haemonem, qui mori quam non amare maluerit.

Digitized by Google

3.

Stob. append. e codice Florent. apud Gaisf. t. IV, p. 396. ed. Lips.

Ἄκουσον· οὐ γὰρ οἱ κακῶς πεπραγότες
σὺν ταῖς τύχαισι τοὺς λόγους ἀπώλεσαν.

4.

Aristoph. Ran. 1438. (1317.), Heraclid. Allegor. Hom. p. 483. ed. Gale in Opusc. myth. phys. et eth., qui habent primum versum, et Tzetz. ad Hesiod. Op. et D. 135., ubi alter subjectus est:

Οὐκ ἔστι Πειθοῦς ἱερὸν ἄλλο πλὴν λόγος,
καὶ βωμὸς αὐτῆς ἐστ' ἐν ἀνθρώπου φύσει.

5.

Stob. 41. p. 241.

Οἰκεῖος ἀνθρώποισι γίγνεσθαι φιλεῖ
πόλεμος ἐν ἀστοῖς, ἂν διχοστατῇ πόλις.

6.

Idem 124. p. 619.

Θάνατος γὰρ ἀνθρώποισι νεικέων ἔχει
τέλος· τί γὰρ τοῦδ' ἐστὶ μεῖζον ἐν βροτοῖς;
τίς γὰρ πετραῖον σκόπελον οὐτάζων δορὶ
ὀδύναισι δώσει, τίς δ' ἀτιμάζων νέκυς,
εἰ μηδὲν αἰσθάνοιντο τῶν παθημάτων;

Libri *τέλος ἔχει*, verbo nullius ponderis praecipua sede versus collocato.

7.

Idem 47. p. 343.

Οὔτ' εἰκὸς ἄρχειν, οὔτ' ἐχρῆν ἄνευ νόμων
τύραννον εἶναι, μωρία δὲ καὶ θέλειν,
ὅς τῶν ὁμοίων βούλεται κρατεῖν μόνος.

Corrupte libri *οὔτ' ἐχρῆν νόμον* etc.

8.

Idem 46. p. 325.

Δεῖ τοῖσι πολλοῖς τὸν τύραννον ἀνδάνειν.

9.

Idem 91. p. 507.

Ἀνδρὸς ἀφίλου δὲ χρυσὸς ἀμαθίας μετὰ
ἄχρηστος, εἰ μὴ κἀρετὴν ἔχων τύχοι.

Codd. *Ἀνδρὸς φίλου*, quod abhorret ab his rebus. est enim haec, ni fallor, Antigonae oratio, repudiantis imperatum a Creonte conjugium viri divitis quidem, sed rudis nec virtute praestantis, quem

Digitized by Google

tamen e Spartorum genere fuisse ex iis colligas, quae Hyginus l. c. refert de Maemone, filio ejus ex Antigona suscepto.

10.

De Antigona Creon
Stob. 88. p. 500.

Τὸ μῶρον αὐτῇ τοῦ πατρὸς νόσημ' ἔνι·
φιλεῖ γὰρ οὕτως ἐκ κακῶν εἶναι κακούς.

Dedi *αὐτῇ* pro *αὐτῷ* secundum Süvernium et Meinekeum (Zeitschr. f. d. A. W. a. 1843. fascic. 2, 24.), qui comparant illa virginis apud Sophoclem Antig. 469. ed. Dind.

Σοὶ δ' εἰ δοκῶ νῦν, μῶρα δρῶσα τυγχάνειν,
σχεδόν τι μώρῳ μωρίαν ὀφλισκάνω.

Non ita raro *η* et *ω* vel *ο* litterae confusae sunt a librariis; quo minus consentire possum Welckero, qui *τῷ αὐτῷ* fretus Maemonis personam infert huic fabulae. sic enim vir doctissimus (Die griech. Tragödien etc.; 2. Abth. p. 570, nota): „Das urkundliche *αὐτὸ*, für *αὐτῷ*, dient zum Beweise der Person Maemon in diesem Drama." Patrem Maemonis intellexisse videtur Haemonem, quasi is rem habuerit cum Antigona, qua de re silent scriptores. Ceterum pro *κακοὺς* malim usitate *κακός*.

11.

Idem 85. p. 496.

Ἡ γὰρ δόκησις πατράσι παῖδας εἰκέναι.
τὰ πολλὰ ταύτῃ γίγνεται τέκνων πέρι.

Haec eodem in loco tragoediae posita fuisse dicas; quae conjuncta in libris separavimus, ut quae conciliari non posse videantur. Sic vertas licet:

Nam patribus similes arbitrantur liberos.
Plerumque sic in liberis usu venit.

12.

Idem 62. p. 398.

Ἥρων· τὸ μαίνεσθαι δ' ἆρ' ἦν ἔρως βροτοῖς.

Verba Haemonis ad patrem, Antigonae amorem excusantis.

13.

Idem 75., p. 452., Clem. Alex. Strom. VI, p. 741.

Ὀνόματι μεμπτὸν τὸ νόθον, ἡ φύσις δ' ἴση.

Ducere jussus Haemon mulierem nobilem quidem, puto, atque divitem, sed sibi invisam, praefracte respondet patri, se illius conjugio praeoptare ancillae, quamvis nothi procreandi sint: nomen enim tantummodo vituperari nothorum liberorum, natura vero pares esse legitimis.

Digitized by Google

14.

Stob. 102. p. 558.

— *Ἐπ' ἄκραν ἥκομεν γραμμὴν κακῶν.*

Ita Haemon de salute desperans, mortemque oppetens.

15.

Idem 61. p. 386.

Ἀνδρὸς δ' ὁρῶντος εἰς κύπριν νεανίου
ἀφύλακτος ἡ τήρησις· ἂν γὰρ φαῦλος ᾖ
τἄλλ', εἰς ἔρωτα πᾶς ἀνὴρ σοφώτερος·
ἢν δ' ἂν προσῆται κύπρις, ἥδιστον λαβεῖν.

Verba Creontis ad Haemonem de amore Antigonae. frustra custodiri ait juvenem veneri deditum: quamvis enim ceterarum rerum imperitos tamen callere rem amoris; cumque faveat venus, redamante amantem virgine (quemadmodum mutuo amore flagrabant Haemon et Antigona), lubentissime quemvis frui venere. quamobrem abstrahendum a commercio invisae puellae censet filium, nec tamen dimittendum liberum, sed nuptiarum vinculo cohibendum, siquidem honesta affinitate a peccatis deterreri soleant homines. Id proximo fragmento significatur.

16.

Ζευχθεὶς γάμοισιν οὐκέτ' ἔστ' ἐλεύθερος,
ἀλλ' ἕν γ' ἔχει τι χρηστόν· ἐν κήδει γὰρ ὢν
ἐσθλῷ δέδοικε μηδὲν ἐξαμαρτάνειν.

17.

Stob. append. Florent. p. 20. vol. IV. ed. Gaisford.

Νέοι νέοισι συννοσοῦσι τἀμφανῆ.

male codd. *τἀφανῆ. τἀμφανῆ*, manifesto. Hisce Creon filium et Antigonam castigat.

Supersunt verba Chori Creontem alloquentis in luctu ex filii interitu, Bacchumque praedicantis propter servatam suo interventu Antigonam.

18.

Stob. 106. p. 567.

— *Μή νυν θέλε*
λυπεῖν σεαυτὸν, πολλάκις γ' εἰδὼς ὅτι
καί τῳ τὸ λυποῦν ὕστερον χαρὰν ἄγει,
καὶ τὸ κακὸν ἀγαθοῦ γίγνεται παραίτιον.

Bene Valck. *Μή νυν* pro *Μὴ οὖν* et *σεαυτὸν* pro *σαυτὸν*, quod utrumque versus respuunt. ipse maxime metri restituendi gratia adjeci *καί τῳ*, et ultimo versu, cum *δὲ* et *καὶ* saepe permixta sint a librariis, poëtam dixisse suspicor melioribus numeris

ἀγαθοῦ δὲ τὸ κακὸν γίγνεται παραίτιον *).

*) Sagaciter quidem G. Hermannus (Opusc. t. I. p. 135., Elem. doctr. metr. p. 71. etc.) animadvertit, quo plures solutae inveniantur

19.

Idem ibidem p. 568.

Ὅστις δὲ πρὸς τὸ πίπτον εὐλόγως φέρει
τὸν δαίμον', οὗτος ἧσσόν ἐστ' ἀνόλβιος.

20.

Schol. Pindari Pyth. III, 176. *Θυώνη: τῇ Σεμέλῃ φησί: διωνυμία γὰρ ἐκέχρητο. εἰσὶ δὲ οἱ καὶ τὴν αὐτὴν Διώνην λέγουσιν, ὥσπερ Ε. ἐν Ἀντιγόνῃ*

Ὦ παῖ Διώνης, ὡς ἔφυς μέγας θεός,
Διόνυσε, θνητοῖς τ' οὐδαμῶς ὑπόστατος.

Cf. Hesych. v. *Βάκχου Διώνης* et Buttmann. ad Demosth. Midian. ed. Spalding. p. 128. seqq., ubi ostendit, Dionen plurium dearum nomen fuisse. Hesych. l. c.: — *Πράξιλλα δὲ ἡ Σικυωνία Ἀφροδίτης παῖδα τὸν θεὸν* (Bacchum) *ἱστορεῖ.* sed hoc equidem non utar, cum plane Tragicus Bacch. 1. ex Bacchi persona dicat

Ἥκω, Διὸς παῖς, τήνδε Θηβαίαν χθόνα,
Διόνυσος, ὃν τίκτει ποθ' ἡ Κάδμου κόρη
Σεμέλη.

21.

Schol. Eurip. Phoeniss. 1130. *Ἐν τῇ Ἀντιγόνῃ*
— *Ἐπὶ χρυσεόνωτον* dact.
ἀσπίδα τὰν Καπανέως.

Verba ex cantico quodam Chori de septem ducibus ad Thebas.

IX. *ΑΝΤΙΟΠΗ.*

Apollodorus III, 5, 5. (ubi v. Heyn.) *Ἀντιόπη θυγάτηρ ἦν Νυκτέως* (cujus pater fuit Chthonius, unus Spartorum, quibuscum Cadmus condidit arcem, ab ipso appellatam, Thebarum) *). *ταύτῃ*

---

longae syllabae in tragoediis graecis, eo has esse recentiores; quem secutus Zirndorfer. libro de Chronologia fabularum Euripidearum (Marburg., 1839.) p. 3. Aeschylum tantum non abstinuisse ait ejusmodi solutionibus, nec nisi raro Sophoclem eas admisisse, Euripidem vero saepissime, praesertim in postremis fabulis. atqui postremis adnumeranda est Antigone, cum eam, tanquam recentem, commemoret Aristophanes Ranis, quae actae sunt Olymp. 93, 3., ante Chr. nat. 405., quo ipso anno diem obiisse fertur Euripides. Nec tamen hoc eam vim habet, ut poëtam, nulla necessitate coactum, temere artis regulas neglexisse existimemus; quod hic admissum est, siquidem verborum praecipuorum *κακὸν* et *ἀγαθοῦ* illud ex parte, hoc totum, thesi occultatur; sed agnoscere mihi videor facinus librariorum, qui fere securi de re metrica quotidianum ordinem verborum sectari solent.

*) Asopi filia fuit secundum Homerum Odyss. λ', 259., Aëlum apud Pausan. II, 6, 2., Apollonium Rhod. I, 735. alii aliter, neque ipse sibi constat Apollonius, Nyctei filiam eam appellans IV, 1090. cf. W. (Die gr. Trag., II. Abth., S. 811).

Digitized by Google

· ἡ δὲ ὡς ἔγκυος ἐγένετο, τοῦ πατρὸς ἀπει-
ιυῶνα ἀποδιδράσκει πρὸς Ἐπωπέα (regem),
αι. Νυκτεὺς δὲ ἀθυμήσας ἑαυτὸν φονεύσει,
ῷ (fratri, Thebis regnanti) παρὰ Ἐπωπέως καὶ
..χβεῖν δίκας. ὁ δὲ στρατευσάμενος Σικυῶνα
χειροῦται, καὶ τὸν μὲν Ἐπωπέα κτείνει, τὴν δὲ Ἀντιόπην
ἤγαγεν αἰχμάλωτον· ἡ δὲ ἀγομένη δύο γεννᾷ παῖδας ἐν Ἐλευ-
θεραῖς τῆς Βοιωτίας (in antro, quod Pausaniae monstrabatur: v.
Paus. I. p. 93, f.), οὓς ἐκκειμένους εὑρὼν βουκόλος ἀνατρέφει,
καὶ τὸν μὲν καλεῖ Ζῆθον, τὸν δὲ Ἄμφιόνα. Ζῆθος μὲν οὖν
ἐπεμελεῖτο βουφορβίων, Ἀμφίων δὲ κιθαρῳδίαν ἤσκει, δόν-
τος αὐτῷ λύραν Ἑρμοῦ. Ἀντιόπην δὲ ᾐκίζετο Λύκος κα-
θείρξας, καὶ ἡ τούτου γυνὴ Δίρκη· λαθοῦσα δέ ποτε, τῶν
δεσμῶν αὐτομάτως λυθέντων, ἦκεν ἐπὶ τῶν παίδων ἔπαυλιν,
δεχθῆναι πρὸς αὐτῶν θέλουσα. οἱ δὲ, ἀναγνωρισάμενοι τὴν
μητέρα, τὸν μὲν Λυκὸν κτείνουσι, τὴν δὲ Δίρκην δήσαντες
ἐκ ταύρου θανοῦσαν ῥίπτουσιν εἰς κρήνην τὴν ἀπ' ἐκείνης
καλουμένην Δίρκην. παραλαβόντες δὲ τὴν δυναστείαν τὴν
μὲν πόλιν ἐτείχισαν, ἐπακολουθησάντων τῇ Ἀμφίονος λύρᾳ
τῶν λίθων, Δαΐου δὲ ἐξέβαλον etc. Haec videtur fuisse vulgaris fama, quam dramatis in formam redegit E. hoc modo, si fides habenda est Hygino, qui sic fabula VIII.:

Eadem (Antiopen dicit) Euripidis, quam scribit **) Ennius.

Nyctei regis in Boeotia fuit filia Antiopa; ejus formae bonitate Jupiter adductus gravidam fecit. Quam pater cum punire vellet propter stuprum, minitans periculum Antiopa effugit. Casu in eodem loco, quo illa pervenerat, Epaphus ***) Sicyonius stabat; is mulierem avectam domum matrimonio sibi junxit. (male codd.: advectam domo m. suo j. suo videtur natum ex siui.) Id Nycteus aegre ferens, cum moreretur, Lyco fratri suo †), cui tum regnum relinquebat, per obtestationem mandat (iidem: fratri s. per obt. m.,

*) Cedrenus p. 22, E. Ὁ μὲν Ε. τὸν Δία φησὶν εἰς σάτυρον μεταβληθέντα τὴν Ἀντιόπην φθεῖραι. Epigrammatarius:

Ζεὺς κύκνος; ταῦρος, σάτυρος, χρυσὸς, δι' ἔρωτα
Λήδης, Εὐρώπης, Ἀντιόπης, Δανάης.

**) Mirum scribit pro scripsit, nec inepte suspiceris, hoc cum forte mutatum esset in scribsit, correctorem aliquem incautum posuisse scribit.

***) Similiter Hyginus fab. VII.: „Antiopa, Nyctei filia, ab Epapho (Epopeum dicunt Apollodorus, Pausanias Corinth. cap. 5. et Graeci) per dolum est stuprata.“ item, qui Hygini verba exscribere solet, Luctatius ad Stat. Theb. IV, 570.

†) Hyginus ibidem; „Itaque a Lyco viro suo ejecta est. hanc viduam Jupiter compressit, at Lycus Dircen (Solis filiam) in matrimonium duxit“ etc.

Digitized by Google

cui t. r. rel.), ne impune Antiopa ferret. Hujus post mortem Lycus Sicyonem venit. interfecto Epapho Antiopam vinctam abduxit. in Cithaerone (ita Scheffer. pro: abduxit in Cithaeronem. in Cithaerone, ut Apollod. l. c. ἐν Ἐλευθεραῖς, quod oppidum ibi situm.) parit geminos et reliquit; quos pastor educavit, Zetum*) et Amphionem nominavit. Antiopa Dircae uxori Lyci data erat in cruciatum. Ea occasionem nacta fugae se mandavit, devenit ad filios suos. Ex quibus Zetus existimans fugitivam non recepit. In eundem locum Dirce, per bacchationem Liberi illuc, delata est. ibi Antiopam repertam ad mortem extrahebat; sed ab educatore pastore adolescentes certiores facti, eam esse matrem suam, celeriter consecuti matrem eripuerunt, Dircen ad taurum (i. e. ad tauri cornua, ut effictum est in nobili artis opere, quod vocatur taurus Farnesianus, de quo v. Montfauc. Antiqu. expl. t. I. p. 2., tab. ult., et Heyn. Antiquar. Aufs. II. p. 206.—12.) crinibus religatam necant. Lycum cum occidere vellent, vetuit eos Mercurius et simul jussit Lycum concedere regnum Amphioni.

Annotavit W. (D. griech. Trag. etc. II. Abth., p. 813.), Antiopae pulcritudinem praedicare Apollonium IV, 1090., Pausaniam II, 6, 2., Propertium I, 4, 5., effigiemque ejus, velut alterius Helenae, Sicyonios in templo Veneris dedicasse. Cf. Ovid. Met. VI, 110, 111.

Euripidis drama una cum Hypsipyle et Phoenissis actum est paulo ante Comici Ranas, cujus scholiastes ad verba ἀναγιγνώσκοντί μοι Τὴν Ἀνδρομέδαν πρὸς ἐμαυτὸν Ran. 52.: Διὰ τί μὴ, inquit, ἄλλο τι τῶν πρὸ ὀλίγου διδαχθέντων καὶ καλῶν, Ὑψιπύλης, Φοινισσῶν, Ἀντιόπης; ἡ γὰρ Ἀνδρομέδα ὀγδόῳ ἔτει προῆκται (Ol. 92, 1., ante Christ. nat. 412.). cf. Zirndorfer. de Chronologia fab. Eurip. capp. 13. et 18. Fuit igitur Antiope tragoedia in recentissimis poëtae operibus, cum diem obierit Ol. 93, 2. (v. Chron. Par., Corp. Inscript. II, p. 342.) vel 3., ante Chr. nat. 407. vel 406. eandem valde placuisse veteribus, colligas ex verbis Ciceronis de Fin. I, 2.: „Quis enim tam inimicus paene nomini Romano est, qui Ennii Medeam aut Antiopam Pacuvii spernat aut rejiciat, qui se iisdem Euripidis fabulis delectari dicat, latinas oderit?“ Idem eodem loco has tragoedias latinas ad verbum de graecis expressas vocat, quod tamen cave ad vivum

*) Itidem Hyginus eodem loco de Antiopa: „Cumque partus premeret et quaereret, ubi pareret, dolor eam in ipso bivio coegit partum edere. Quos pastores pro suis educaverunt, et appellarunt Zeton ἀπὸ τοῦ ζητεῖν τόπον, alterum autem Amphionem, ὅτι ἐν διόδῳ, ἢ ὅτι ἀμφὶ ὁδὸν αὐτὸν ἔτεκεν, i. e. quoniam in bivio eum edidit.“ sic errare in etymologia solent veteres, cum Graeci, in quibus ipse E. fragmento 2. fabulae, tum Latini. recte enim Munckerus ad h. l.: „Haec absurda mihi videntur: neque enim Ζῆτος graece, sed Ζῆθος scribitur, unde Zethus apud Horat. lib. I. Epist. 18. v. 42.“ etc.

Digitized by Google

reseces, Pacuviumque „ore rotundo (Horat. A. P. 323.)“ locutum esse existimes, de quo Persius I, 77.:

Sunt quos Pacuviusque et verrucosa moretur
Antiopa, „aerumnis cor luctificabile fulta.“

Recentiorum inprimis Valck. multus est in admiratione fabulae Euripideae (v. Diatr. cap. 7. et 8.). cujus fabulae haec mihi videtur esse oeconomia. Prologum agit pastor, qui educavit geminos illustres. deinde in scenam prodit Amphion, cujus cantu ad citharam allecti familiares et vicini accurrunt, chorumque constituunt. sequitur colloquium et altercatio fratrum, Zetho Amphioni exprobrante artem inutilem ipsi visam, Amphione autem otium et generatim sapientiam robore potiorem praedicante. horum litem dirimere studet pastor superveniens, filiisque adoptivis dat praecepta vivendi, cum improviso adest Antiope, opem implorans pastorum, quos festum celebrare putat laetiores, nec duros fore sperat infelicibus. et ceteri quidem eam commiserantur; non item Zethus, sed ejicere conatur mulierem, quam pro fugitiva habet et Jovis furtum memorantem castigat, tanquam impie mentientem, Amphionem vero formosae peregrinae faventem objurgat; nec Dircae, quae cum Bacchis advenit et agnitam reposcit servam fugitivam, tradere dubitasset Antiopen, nisi tanto agnitae ejus periculo perculsus pastor, quamvis amans fratres, ut pater verus, tamen intercessisset, verumque fassus esset, quo cognito illi matrem jam per vim abductam eripiunt et Dircen ulciscuntur; cujus deinde interitum postquam nuntius narravit, Mercurius fabulam finiisse videtur ita, ut scriptum est apud Hyginum. Jam ita descriptae fabulae partes percenseamus.

Prologus.

1.

Schol. Homer. Venet. ad Il. λ', 774. *Χόρτοι δὲ οἱ τριγχοὶ* (i. e. *θριγκοὶ*), *ὡς καὶ E. ἐν Ἀντιόπῃ*

* — — *Οἰνόης*
σύγχορτα ναίω πεδία ταῖς Ἐλευθεραῖς.

καὶ ἐν Ἀνδρομάχῃ ὁμοίως. proprie Schol. *Οἰνόῃ*, sed Strabo VIII. p. 577, A, *Οἰνώνης συγχ.* etc. ibi Casaub. in margine *Οἰνόῃ*, Porsonus autem Adv. p. 274. recte *Οἰνόης — ταῖς Ἐλ.*, ut Andromach. 15. *Φθίας — Σύγχορτα ναίω πεδία.* Eleutheris enim habitabat ille pastor cum uxore, servi Oenei, qui fuit filius nothus Pandionis, ut tradit Dio Chrys. orat. XV. p. 237, B.

2.

Etym. M. p. 411, 11. *Ζῆθος — εἴρηται, — ὅτι ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἐζήτει εὐμαρῶς τεκεῖν αὐτὸν, ὡς φησιν E.*

Τὸν μὲν κικλήσκω Ζῆθον· ἐζήτησε γὰρ
τόκοισιν εὐμάσειαν ἡ τεκοῦσά νιν.

similiter Etym. Gud. p. 230, 57.; sed uterque perperam *κικλήσκει.*

Digitized by Google

3.

Idem p. 92, 4. *Λέγει Ε.* ὁ τραγικὸς ἐτυμολόγος (ἐτυμολογῶν recte Valck. Diatr. p. 62.) *τὸ Ἀμφίων, ὅτι Ἀμφίων ἐκλήθη παρὰ τὴν ἄμφοδον, ἤγουν παρὰ τὸ παρὰ* (malim περὶ) *τὴν ὁδὸν γεννηθῆναι.* „quam etymologiam irridet Aristoph. apud Poll. IX, 36.“ Matth. Cf. de his fragmentis not. *) p. 66.).

4.

Stephan. Byz. *Τρία: χώρα πλησίον Αὐλίδος, — Ἡσίοδος δὲ ἐν Τρίᾳ τὴν Ἀντιόπην φησὶ γενέσθαι, Ε. δ' ἐν Τσίᾳ.* Idem: *Τσία, πόλις Βοιωτίας, καὶ ἐνικῶς, καὶ πληθυντικῶς.* Harpocration: *Τσίαι, — τῆς Βοιωτίας πόλις, ἧς μνημονεύει καὶ Ε. ἐν Ἀντιόπῃ. Τσίας* dixit E. Bacch. 646., item Thuc. III, 24., Paus. IX, 2., p. 714.; *Τσιὰς* Herodot. IX, 15. cf. Strab. IX, 1.

Amphionis hymnus.

Primus inducitur Amphion, citharam manu tenens, ad quam canit laudes musicae.

5.

Philostratus Vit. Soph. II, 27, 4., p. 618. *Μελέτης δὲ* (meditationis, artis exercendae) *ὁ Ἱππόδρομος οὔτε ἐν ἀγορᾷ διατώμενος ἠμέλει, οὔτε ὁδοιπορῶν, οὔτε ἐν Θετταλίᾳ, ἀλλὰ „κρεῖττον ὄλβου κτῆμα“ ἐκάλει αὐτὴν ἐκ τῶν Εὐριπίδου ὕμνων Ἀμφίονος.* Inepte libri *ἐκ τῶν Εὐρ. τε ὕ. καὶ Ἀμφ.*

Colloquium Zethi et Amphionis.

6.

Stob. 60. p. 383.

— (*ΖΗΘΟΣ.*) *Τὸ δοῦλον οὐχ ὁρᾷς ὅσον κακόν;*

7.

Οὐ χρή ποτ' ἄνδρα δοῦλον ὄντ' ἐλευθέρας
γνώμας διώκειν, οὐδ' ἐς ἀργίαν βλέπειν.

Servus fuit pastor et sublatos geminos pro servis educavit. igitur Zethus Amphionem reputare jubet miseram suam conditionem, qua prohibeatur tractare liberalia studia, otioque indulgere.

8.

Idem 30. p. 209.

Ἀνὴρ γὰρ ὅστις, εὖ βίον κεκτημένος,
τὰ μὲν κατ' οἴκους ἀμελίᾳ παρεὶς ἐᾷ,
μολπαῖσι δ' ἡσθεὶς τοῦτ' ἀεὶ θηρεύεται,
ἀργὸς μὲν οἴκοις καὶ πόλει γενήσεται,
φίλοισι δ' οὐδείς· ἡ φύσις γὰρ οἴχεται,
ὅταν γλυκείας ἡδονῆς ἥσσων τις ᾖ.

Digitized by Google

„Ex Antiopa locum sumtum esse, propter argumenti similitudinem sagaciter suspicatus est Gataker. Adv. misc. p. 510, C. — *ἀμελίᾳ* est a Grotio pro *ἀμελείᾳ*, *παρεῖς ἐᾷ* pro *παρειάσει* a Valck. p. 71. 4 ultimi versus sunt etiam apud Sextum Emp. adv. Math. VI. §. 35. p. 363., sed ita ut quintus sic scriptus sit *φίλοισί τ' οὐθεὶς ἀλλ' ἄφαντος οἴχεται*, hemistichio huc fortasse relato ex Orest. 1552. Ex his *οὐθεὶς* cur praetulerit Valck., non assequor: nunc satis constat, *οὐθεὶς* posteriorum esse. — Videtur autem E. sub Zethi persona durum aliquem, antiquae morum severitati et simplicitati assuetum, civem Atticum, unum e *Μαραθωνομάχαις* illis, induxisse, sub Amphionis autem persona hominem elegantiore novitiorum magistrorum ac sophistarum disciplina usum" etc. Matth. p. 72. et 74.

9.

Plato Gorg. p. 485, E. *Κινδυνεύω οὖν πεπονθέναι, ὅπερ ὁ Ζῆθος πρὸς τὸν Ἀμφίονα ὁ Εὐριπίδου, αὖπερ ἐμνήσθην. καὶ γὰρ ἐμοὶ τοιαῦτ' ἄττα ἐπέρχεται πρὸς σὲ λέγειν, οἷάπερ ἐκεῖνος πρὸς τὸν ἀδελφὸν, ὅτι ἀμελεῖς, ὦ Σώκρατες, ὧν δεῖ σε ἐπιμελεῖσθαι, καὶ φύσιν ψυχῆς ὥδε γενναίαν μειρακιώδει τινὶ διαπρέπεις* (imo *διατρέπεις*, ut Grot. Excerpt. n. 373.) *μορφώματι, καὶ οὔτ' ἂν δίκης βουλαῖσι προθεῖο ἂν ὀρθῶς λόγον, οὔτ' εἰκὸς ὡς* (libri *καὶ*, menda frequente) *πιθανὸν ἂν λάβοις, οὐδ' ὑπὲρ ἄλλων νεανικὸν βούλευμα βουλεύσαιο.* ibi Olympiodorus Ms. apud Valck. p. 74.: *Ὀρᾷς, πῶς, Εὐριπίδου γυναικώδει εἰρηκότος, αὐτὸς μειρακιώδει εἶπε.* Philostratus autem Vit. Apoll. Tyan. IV, 21. p. 160.: *Οἱ* (ἔφηβοι) *— νῦν ἴσως ὁμοῦνται — κόρυν μὲν οὐδεμίαν φέρειν, γυναικόμιμον δὲ μόρφωμά τι* (male codd. *γυναικομίμῳ δὲ μορφώματι*) *κατὰ τὸν Εὐριπίδην.* Ad seqq. Olympiodorus annotavit: *Ὁ Ε. εἶπεν Καὶ οὐκ ἂν ἀσπίδος κύτει προσομιλήσῃς, οὗτος δέ φησι Δίκαις σχολάζει, ὦ Σώκρατες.* Euripidei versus videntur sic habuisse:

Ἀμφίον, ἀμελεῖς ὧν ἐπιμελεῖσθαί σε δεῖ,
ψυχῆς τε τῆς σῆς ὧδε γενναίαν φύσιν
γυναικομίμῳ διατρέπεις μορφώματι,
οὔτ' ἐν δίκης βουλαῖσιν ὀρθῶς ἂν λόγον
προθεῖο πιθανὸν ἢ λάβοις, οὔτ' ἀσπίδος
κύτει γ' ὁμιλήσειας, οὔτ' ἄλλων ὕπερ
νεανικὸν βούλευμα βουλεύσαιό τι.

quorum versuum 1., 4., 6. et 7. restituti sunt a Valckenario, 3. a Grotio, cetera ipsi expedivimus: temere enim Valck. 2. *αἰσχρῶς τε ψυχῆς ὧδε* etc. correpto *τὲ* ante *ψ* litteram, et 5. *οὔτ' ἂν ἀσπίδος ποτὲ Κύτει γ'* ὁμ. ratione habita nulla verborum *οὔτ' εἰκὸς — λάβοις. Γυναικόμιμον μόρφωμα* dicitur vestitus muliebri similis citharoedorum.

Digitized by Google

10.

Stob. 80. p. 472.

(*ΑΜΦΙΩΝ.*) *Ἐκ παντὸς ἄν τις πράγματος διισσῶν λόγων*
ἀγῶνα θεῖτ' ἄν, εἰ λέγειν εἴη σοφός.

Grot.: Fandi peritus, si qua se causa offerat, Pro parte utravis facile dissertaverit.

11.

Idem 3. p. 36.

Τὸ δ' ἀσθενές μου καὶ τὸ θῆλυ σώματος
κακῶς ἐμέμφθης· καὶ γὰρ εἰ φρονεῖν ἔχω,
κρεῖσσον τόδ' ἐστι καρτεροῦ βραχίονος.

12.

Idem 52. p. 359.

Γνώμῃ γὰρ ἀνδρὸς εὖ μὲν οἰκοῦνται πόλεις,
εὖ δ' οἶκος, εἴς τ' αὖ πόλεμον ἰσχύει μέγα·
σοφὸν γὰρ ἐν βουλεύμα τὰς πολλὰς χέρας
νικᾷ, σὺν ὄχλῳ δ' ἀμαθία μεῖζον κακόν.

Pro *μεῖζον* scriptor vitae Homeri p. 366, 67. habet *πλέον*, Sextus Empir. adv. Math. I, p. 277. et Hom. schol. Ven. *πλεῖστον*, quod placuit Valckenario, Galenus Protrept. I. p. 35. ed. Kühn. *χεῖρον*.

13.

Idem 16. p. 153.

Εἰ δ' εὐτυχῶν τις καὶ βίον κεκτημένος
μηδὲν δόμοισι τῶν καλῶν πειράσεται,
ἐγὼ μὲν οὔποτ' αὐτὸν ὄλβιον καλῶ,
φύλακα δὲ μᾶλλον χρημάτων εὐδαίμονα.

14.

Idem 6. p. 79.

Καὶ μὴν ὅσοι μὲν σαρκὸς εἰς εὐεξίαν
ἀσκοῦσι βιοτον, ἣν σφαλῶσι χρημάτων,
κακοὶ πολῖται· δεῖ γὰρ ἄνδρ' εἰθισμένον,
ἀκόλαστον ἦθος γαστρὸς ἐν ταὐτῷ μένειν.

Postrema sic reddidit Grot.: „ventri obnoxios Manendum iisdem rebus optandum foret.“ quem temere vituperat Valck., vertens: „adsuetus enim intemperantiae semper ventrem expleat necesse est.“ oppositum *τὸ ἐν ταὐτῷ μένειν* verbis *ἣν σφαλῶσι χρημάτων*.

15.

Id. 56. p. 374.

Ὅστις δὲ πράσσει πολλὰ, μὴ πράσσειν παρὸν,
μωρὸς, παρὸν ζῆν ἡδέως ἀπράγμονα.

Digitized by Google

16.

Id. 46. p. 325.

Ὁ δ' ἥσυχος φίλοισί τ' ἀσφαλὴς φίλος,
πόλει τ' ἄριστος. Μὴ τὰ κινδυνεύματα
αἰνεῖτ' · (haec ad spectatores conversus dicit, clade Sicula adhuc afflictos.) *ἐγὼ γὰρ οὔτε ναυτίλον φιλῶ*
τολμῶντα λίαν, οὔτε προστάτην χθονός.

17.

Id. 3. p. 38.

Ἐγὼ μὲν οὖν ᾄδοιμι καὶ λέγοιμί τι
σοφὸν, ταράσσων μηδὲν ὧν πόλις νοσεῖ.

Cf. fragm. 21.

18.

Platō Gorg. p. 486, B. *Καίτοι πῶς σοφὸν τοῦτ' ἐστιν, ὦ Σώκρατες, εἴ τις εὐφυῆ λαβοῦσα τέχνη φῶτα ἔθηκε χείρονα, μήτε αὐτὸν αὑτῷ δυνάμενον βοηθεῖν, μήδ' ἐκσῶσαι* etc. Inde hos versiculos eruit Grot.

(*ΖΗΘΟΣ.*) *Καὶ πῶς σοφὸν τοῦτ' ἐστιν, εἴ τις εὐφυῆ*
λαβοῦσα τέχνη φῶτ' ἔθηκε χείρονα;

Valck. autem tentabat audacius

μήτ' αὐτὸν αὑτῷ δυνάμενόν γ' ἐπαρκέσαι,

et Matth., certe γὲ inutile amolitus, *μ. α. α. δυνάμενον προσαρκέσαι.* malim *μ. α. α. δυν. βοηδρομεῖν*, hoc verbo simpliciter accepto pro *βοηθεῖν*.

19.

Idem ibid., C. *Ἀλλ', ὦ 'γαθὲ, ἐμοὶ πείθου, παῦσαι δ' ἐλέγχων, πραγμάτων δ' εὐμουσίαν ἄσκει, καὶ* [*ἄσκει*] *ὁπόθεν δόξεις φρονεῖν, ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς, εἴτε ληρήματα* (fort. *εἴτε δὴ ῥήματα*) *χρὴ φάναι εἶναι, εἴτε φλυαρίας,*

Ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις.

quibus Stob. 54. p. 369. haec interserit

— *Τοιαῦτ' ἄειδε, καὶ δόξεις φρονεῖν*
σκάπτων, ἀρῶν γῆν, ποιμνίων ἐπιστατῶν,
ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς σοφίσματα.

ibi Olympiodorus: *Ἐκεῖνος* (Zethus) *εἶπε τῷ Ἀμφίονι, ὅτι „πολέμων" δὲ εὐμουσίαν ἄσκει, οὗτος δέ φησι „πραγμάτων."* Matth.: „Totum locum sic constituerunt Gataker. Adv. misc. p. 510. et Valck. p. 84. sequ.:

— *Ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ,*
παῦσαι δ' ἀοιδῶν, πολεμίων δ' εὐμουσίαν
ἄσκει. τοιαῦτ' ἄειδε, καὶ δόξεις φρονεῖν
σκάπτων, ἀρῶν γῆν, ποιμνίοις ἐπ. etc.

Gatak. retinuit *πραγμάτων* invito Olympiodoro. Valck. ad vitandum *ὁμοιοτέλευτον* dedit *ποιμνίοις*. equidem malim propter am-

Digitized by Google

biguum πολεμικῶν et τοιαῦτ' ἔρειδε, „talia urge“: nam ἀείδειν πολέμια seu πολεμικὰ esset „res bellicas canere,“ quod alienum.

20.

His Valck. praefigenda putabat ea, quae afferuntur ab Olympiodoro et in scholiis ad h. l., p. 115.: Ὁ Ζῆθός φησι τῷ Ἀμφίονι, μουσικῷ ὄντι, „Ῥίψον τὴν λύραν, κέχρησο δὲ ὅπλοις.“ quae sic procul dubio legebantur in pugillaribus poëtae:

— Ῥίψον λύραν,
κέχρησο δ' ὅπλοις!

cf. Dan. Heinsius ad Horat. p. 55.

21.

Stob. append. e codice Flor. apud Gaisford. t. IV. p. 382.

— Ὅς δ' εὐγλωσσίᾳ
νικᾷ, σοφὸς μὲν, ἀλλὰ γὰρ τὰ πράγματα
κρεῖσσον νομίζω τῶν λόγων ἀεί ποτε.

22.

„Dio Chrysost. orat. 73. p. 635, C. Ὡς ἐκεῖνος (Zethus) ἐνουθέτει τὸν ἀδελφὸν, οὐκ ἀξιῶν φιλοσοφεῖν αὐτὸν, οὐδὲ περὶ μουσικὴν διατρίβειν, ἐάσαντα τῶν ἰδίων ἐπιμέλειαν. ἔφη δὲ αὐτὸν ἄτοπόν τινα καὶ ἀσύμφορον μοῦσαν εἰσάγειν, ὥσπερ ἂν τυχὸν εἴποι τις καὶ σὲ τοιαύτην προειρῆσθαι (imo προαιρεῖσθαι, praeoptare, praeferre) πρᾶξιν, οὐκ ἀργὸν, οὐδὲ φίλοινον οὐδαμῶς, χρημάτων μέντοι τῶν αὑτοῦ ἀτημελῆ ἴσως. καί νὴ Δία λέγοι ἄν καὶ τόδε τὸ ἔπος

Ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις.

Sextus Empir. adv. Math. VI, 27. p. 362. Λέγομεν τοὐναντίον αὐτὴν ἀσύμφορον εἶναι, καὶ ἀργὴν, φίλοινον, χρημάτων ἀτημελῆ. Inde Porson. ad Eurip. Med. 139. VII. hos versus formavit

Μοῦσάν τιν' ἄτοπον εἰσάγεις, ἀσύμφορον,
ἀργὸν, φίλοινον, χρημάτων ἀτημελῆ.“

Matth. scribam ἀργὴν auctore Sexto Empir.

23.

Plato Gorg. p. 484, E. Συμβαίνει γὰρ τὸ τοῦ Εὐριπίδου, λαμπρός τ' ἐστὶν ἕκαστος ἐν τούτῳ,

— κἀπὶ τοῦτ' ἐπείγεται,
νέμων τὸ πλεῖστον ἡμέρας τούτῳ μέρος,
ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνῃ κράτιστος ὤν.

Dedi κράτιστος pro βέλτιστος secundum Plat. Alcib. II. p. 146, A, et Plutarch. De garrul. II, p. 514, A. Schol. Plat. p. 114. ed. Ruhnken.: Τὰ ἰαμβεῖα ταῦτ' ἐστιν ἐξ Ἀντιόπης τοῦ δράματος

Digitized by Google

Εὐριπίδου ἐκ τῆς Ζήθου ῥήσεως πρὸς τὸν ἀδελφὸν Ἀμφίονα. sed assentior Valckenario, qui haec Amphionem dixisse putat, causam, cur musicae studeat, fratri explicantem: nam Zethus quidem, merus rusticus et pastor, nullam artem praecipue exercebat; nec dubium videtur quin grammaticus ille fratrum nomina permutaverit. „Graecis et Latinis decantata sententia. Cicero de Off. I, c. 31.: Ad quas res aptissimi erimus, in iis potissimum elaborabimus. Virg. idyll. II, 95.: Trahit sua quemque voluptas. Propert. III, 7, 20.: Naturae sequimur semina quisque suae. Aristophanes Vesp. 1385.: *Ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.*“ E Valck. Diatr. p. 76.

Admonitio pastoris.

24.

Stob. 1. p. 1.

Τρεῖς εἰσιν ἀρεταὶ, τὰς ἐχρῆν σ' ἀσκεῖν, τέκνον,
θεούς τε τιμᾶν, τούς τε φύσαντας γονεῖς,
νόμους τε κοινοὺς Ἑλλάδος. καὶ ταῦτα δρῶν
κάλλιστον ἕξεις στέφανον εὐκλείας ἀεί.

Ita senex admonuerit Zethum, nec deos, nec parentes creditos, neque ipsas leges magnopere curantem, sed ad rem attentum et in opere rustico faciendo semper occupatum, servili potius quam liberali ingenio.

25.

Idem 30. p. 210.

Πολλοὶ δὲ θνητῶν τοῦτο πάσχουσιν κακόν·
γνώμῃ φρονοῦντες οὐ θέλουσ' ὑπηρετεῖν,
ψυχῇ τὰ πολλὰ πρὸς φίλων νικώμενοι.

Mala interpunctio est librorum — *ὑπηρετεῖν ψυχῇ, τὰ πολλὰ* etc. hic enim ordo: *φρονοῦντες οὐ θέλουσιν ὑπηρετεῖν γνώμῃ, τὰ πολλὰ νικ. πρὸς φίλων ψυχῇ.* rationem animo, sedi libidinum, opponit, dolens, illi paucos obtemperare, plerumque voluptatibus deditos. quae E. *φίλα ψύχῃ*, animo grata, per se *φίλα* dicit Aeschylus Sept. ad Th. 709. (*Κρατηθεὶς δ' ἐκ φίλων ἀβουλίαις Ἐγείνατο μὲν μόρον αὑτῷ*), ubi v. ann. malim autem *ψυχῆς φίλων.*

26.

Id. 36. p. 217.

Κόσμος δὲ σιγῆς στέφανος ἀνδρὸς οὐ κακοῦ·
τὸ δ' ἐκλαλοῦν οὔθ' ἡδονῆς μέγ' ἅπτεται,
κακὸν δ' ὁμίλημ', ἀσθενὲς δὲ καὶ πόλει.

Male codd.: *οὔθ' ἡδ. μὲν ἅπτεται*, nec tamen est quod accipiamus Elmsleji correctionem ad Eurip. Heracl. 4. propositam *τὸ δ' ἐκλ. τόθ' ἡδ.* etc. non magnam quidem, sed aliquam tamen voluptatem ex garriendo capiunt garruli. quare scripsimus *μέγ',*

Digitized by Google

quemadmodum *μέγα* dici solet pro *μεγάλως*, valde, vehementer. Comicus Nub. 215. *τοῦτο μέγα φροντίζετε* etc. in proclivi est *γ* et *ν* litterarum permutatio.

Jam fugiens ipsa advenit Antiope, cujus in prima oratione posita fuisse arbitror verba ista, quae servavit Clemens Alex. Strom. I. p. 418. ed. Heins. sic autem Clemens: *Ε. ἐν Ἀντιόπῃ φησὶν „Ἔνδον δὲ θαλάμοις βουκόλον κομῶντα κισσῷ στῦλον Εὐΐου θεοῦ.“* Haec neque emendata sunt, neque illaeso metro tragico sic propagata ab editoribus:

— Ἔνδον δὲ θαλάμοις βουκόλον
κομῶντα etc.

Pro captu suo librarii ita scripserunt, quotidianum verborum ordinem poëticae orationi substituentes. aut enim vehementer fallor, aut haec Euripidis manus est:

27.

Εἶδον δὲ θαλάμοις στῦλον Εὐΐου θεοῦ
κομοῦντα κισσῷ βουκόλον.

Aulam pastoris intrans Antiope in penetralibus domus ipsum pastorem conspexerat, cum hedera coronaret Bacchi statuam, velut festo die. qua re confirmato ejus consilio huc confugiendi primos obvios alloquitur, eorum opem implorat, et sciscitantibus historiam narrat suam. Dedi *Εἶδον*, ne verbo finito careret oratio contra morem scriptorum, cum aliorum dicta afferunt. praeterea *Ἔνδον* languet sequente *θαλάμοις*, neque haec placent *ἐκ παραλλήλου* posita. (sic etiam apud Athenaeum 642, b, vulgo legitur *ἔνδον*, sed in uno libro Ms. *εἶδον*, quod reponendum esse intellexerat Casaubonus.) *κομῶντα* abhorret, *κομοῦντα* facit ad sententiam.

28.

Stob. 96. p. 531.

Πόλλ' ἐστὶν ἀνθρώποισιν, ὦ ξένοι, κακά.

29.

Photius p. 31. ed. Herm.: *Εὔκρας: εὐκρατος. Ε. „Βροτοῖσιν εὔκρας οὐ γένοιτ' ἂν ἡδέως.“* Deest subjectum. quare scripserim:

— Βίος
βροτοῖσιν etc.

Vocabulo *βίος* fraudi fuisse videtur simile, quod sequitur.

30.

Stob. 96., p. 409. Grot.

Ἔχει λόγον καὶ τοῦτο Τῶν πολλῶν βροτῶν
δεῖ τοὺς μὲν εἶναι δυστυχεῖς, τοὺς δ' εὐτυχεῖς.

Digitized by Google

31.

Servitium querentis Antiopae, ejusque quam sit grave onus magis sentire se dicentis quam servos natos, haec videntur esse, quae idem habet 97. p. 538.

Φρονῶ δ', ἃ πάσχω, καὶ τόδ' οὐ σμικρὸν κακόν·
τὸ μὴ εἰδέναι γὰρ ἡδονὴν ἔχει τινὰ
νοσοῦντα, κέρδος δ' ἐν κακοῖς ἀγνωσία.

32.

Ammonius p. 86. *Κύειν μὲν τὸ ἔγκυον εἶναι, τίκτειν δὲ τὸ ἀπαλλάττεσθαι τοῦ κύειν. Ε. ἐν Ἀντιόπῃ* (sic Valck. p. 60. pro *ἐναντίον ἦ*) *Κύουσα τίκτω, εἶπεν, ἡνίκ' ἠγόμην πάλιν.* Similiter Eustath. ad Odyss. *π'*, p. 1799., ubi libri *τίκτον*, quo non opus. Valck.

Κύουσα, τίκτω θ' ἡνίκ' ἠγόμην πάλιν.

malim una sententia: *Κ. τίκτω δ', ἡ. ἡ. π.*

33.

Ab ipso Jove clam se compressam esse narrantem leniter reprehendit pius Amphion apud Stobaeum 72. p. 439. his verbis:

Οὐ σωφρονίζειν ἔμαθον, αἰδεῖσθαι δὲ χρὴ,
γύναι, τὸ λίαν, καὶ φυλάσσεσθαι φθόνον.

Non castigare didici, mulier, sed decet
Vitare nimia, nec dare invidiae locum.

quibus jungenda sunt, quae sequuntur.

34.

Clemens. Alex. Strom. V, p. 716, 1. ed. Heins.:

— Οὐδὲ γὰρ λάθρα δοκῶ,
φωτὸς κακούργου σχήματ' ἐκμιμούμενον,
σοὶ τόνδ' ἐς εὐνὴν, ὥσπερ ἄνθρωπον, μολεῖν.

Ἀμφίων λέγει τῇ Ἀντιόπῃ. „Hinc sumsit Eusebius Praep. evang. p. 679, D, ed. Viger., Colon. 1688., in quibus pro *τήνδ'* scribendum esse *Ζῆν'* recte monuit Valck. p. 63." Matth. Audax conjectura, nos satis habuimus ponere *τόνδε*, i. e. *Δία.*

35.

Perrexit, ut existimare licet, Amph. dicere de pulcritudine Junonis conjugis, quam non verisimile videatur posthabuisse Jovem feminae mortali. sed callide et simul modeste Antiopa:

Κόρος δὲ πάντων, inquit: *καὶ γὰρ ἐκ καλλιόνων*
λέκτροις ἐν αἰσχροῖς εἶδον ἐκπεπληγμένους,
δαιτὸς δὲ πληρωθεὶς τις ἅσμενος πάλιν
φαύλῃ διαίτῃ προσβαλὼν ἥσθη στόμα.

quae leguntur apud Stobaeum 61. p. 386. Similis est sententia proverbii Variatio delectat et francogallici „Toujours perdrix."

Digitized by Google

36.

Jam vero misericordia motus Amphion Zetho Antiopen spernenti, vimque minitanti tanquam fugitivae, resistit, feminae infelici eidemque formosissimae opitulandum esse dicens. cui sic respondet durus frater, Antiopae pulcritudine pellectum suspicatus Amphionem: Stob. 70. p. 430.

Εἰ νοῦς ἔνεστιν· εἰ δὲ μή, τί δεῖ καλῆς
γυναικὸς, εἰ μὴ τὰς φρένας χρηστὰς ἔχοι;

Nuntii verba, Dircae interitum narrantis:

Longinus segm. XL. *Ἐπὶ δὲ τῆς συρομένης ὑπὸ τοῦ ταύρου Δίρκης* (*E.*)

37.

— Εἰ δέ που τύχοι
πέριξ ἑλίξας, (ταῦρος) εἶλχ' ὁμοῦ λαβὼν
γυναῖκα, πέτραν, δρῦν, μεταλλάσσων ἀεί.

E Chori canticis et sermonibus.

38.

Stob. Eclog. phys. t. I. p. 118. ed. Heeren.

— Δίκα τοι,
δίκα χρόνιος, ἀλλ' ὅμως ὑποπεσοῦσ' dochmiaci.
ἔλαθεν, ὅταν ἔχῃ τιν' ἀσεβῆ βροτῶν.

Valck. p. 66.: „Chori verba quaedam, Dircen a scelerum vindice tarde quidem, punitam tamen, canentis."

39.

Stob. ibidem p. 122.

Τήν τοι Δίκην λέγουσι παῖδ' εἶναι Χρόνου,
δείκνυσι δ' ἡμῶν ὅστις ἔστ', ἢ μή, κακός.

Ita Porson. ad Aristoph. Plut. 886. codices Mss. *ὅστις ἐστὶ μὴ κακός.*

40.

Stob. 60. p. 384.

Φεῦ φεῦ, τὸ δοῦλον ὡς ἅπανταχῇ γένος
πρὸς τὴν ἐλάσσω μοῖραν ὥρισεν θεός!

Haec Chorus dixerit ad fr. 31.

41.

Φεῦ φεῦ, βρότειαι πημάτων ὅσαι τύχαι,
ὅσαι τε μορφαί! τέρμα δ' οὐκ εἴποι τις ἄν.

„Clemens Al. Str. III., p. 435, C, citat *βροτείων.* Paris. *B. βρότειοι.*" Matth.

42.

Stob. 103. p. 560.

Τοιόσδε θνητῶν τῶν ταλαιπώρων βίος·
οὐδ' εὐτυχεῖ τὸ πάμπαν οὔτε δυστυχεῖ,

Digitized by Google

εὐδαιμονεῖ τε καὐθις οὐκ εὐδαιμονεῖ.
Τί δῆτ' ἐν ὄλβῳ μὴ σαφεῖ βεβηκότες
οὐ ζῶμεν ὡς ἥδιστα, μὴ λυπούμενοι;

Denique 43. et 44. Mercurius pronuntiasse videatur in catastrophe:

43.

Idem 68. p. 425.

Κῆδος καθ' αὑτὸν τὸν σοφὸν κτᾶσθαι χρεών.

Grot.:

Affinitates, qui sapit, quaeret pares.

Sententia *πολυθρύλλητος*, qua deus prudentissimus improbare videtur Nyctei mortalis cum Dirce, filia Solis, nuptias.

44.

Stob. ib. p. 426.

— Πᾶσι δ' ἀγγέλλω βροτοῖς
ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν εὐγενῆ σπείρειν τέκνα.

45.

Hesychius: *Εὐθυδήμονα: ἁπλοῦν δημότην. Ε. Ἀντ.*

46.

Bekker. Anecd. p. 109, 17. et Photius. *Νόσον ἔχειν: ἀντὶ τοῦ φαῦλον ἦθος ἔχειν. Ε. Ἀντ.*

X. ΑΡΧΕΛΑΟΣ.

Hyginus fab. 219.: „Archelaus, Temeni filius, exul a fratribus ejectus, in Macedoniam ad regem Cisseum venit, qui cum a finitimis (Thracibus haud dubie: v. Thuc. 2, 99, 100. etc.) oppugnaretur, Archelao regnum et filiam in conjugium dare pollicetur, si se ab hoste tutatus esset Archelaus, quia ab Hercule esset oriundus: nam Temenus Herculis filius fuit. (Obtinuit prava interpunctio: tut. esset. Arch., quia — fuit, qui etc.) qui hostes uno proelio fugavit et ab rege pollicita petit. Ille ab amicis dissuasus fidem fraudavit, eumque per dolum interficere voluit. itaque foveam jussit fieri et multos carbones eo ingeri et incendi, et super virgulta tenuia poni, quo, cum Arch. venisset, ut decideret. hoc regis servus Archelao patefecit. (Perperam hoc etiam loco vulgati libri: — poni. quo — decideret, hoc etc.) qui re cognita dicit se cum rege colloqui velle secreto, arbitris semotis. Arch. regem abreptum (ita van Stav. secundum libros. vulgo arreptum, quod languet prae illo.) in foveam conjecit: atque ita eum perdidit; inde profugit ex responso Apollinis [in Macedoniam] capra duce, oppidumque ex nomine caprae Aegaeas constituit. Ab hoc Alexander

Digitized by Google

magnus oriundus esse dicitur." Verba in Macedoniam inepta sunt, siquidem in Macedonia versabatur Archelaus. nomini Aegeas (sic libri) superscripserat, opinor, aliquis in Macedonia; id videtur irrepsisse in superiora, cumque referretur ad profugit, accommodatum esse huic verbo. pro Aegeas Schefferus aliique ediderunt Aegas, cum verisimile videatur, et *Αἰγὰς* et *Αἰγαίας* dictum fuisse nobile illud oppidum in Emathia Macedoniae. v. doctissimi Crusii „Wörterbuch der — Eigennamen" v. *Αἰγαί*.

Occasionem scribendae hujus tragoediae Euripidi dedit favor Archelai, Macedonum regis humanissimi *), ad quem secessit jam senior (post Ol. 92, 4., ante Chr. nat. 409., ut videtur Welckero p. 442.), mortuusque apud eum est Pellae paucis post annis. Scriptor Vitae Euripidis in codice Ambros.: *Εἰς Μακεδονίαν περὶ Ἀρχέλαον γενόμενος διέτριψε, καὶ χαριζόμενος αὐτῷ δρᾶμα δμωνύμως ἔγραψε.* Hygini usus narratione W. probabiliter fragmentorum, quae supersunt, dramatis partem majorem ordinavit, prologum sumens Herculem, et Chorum cives urbis oppugnatae, in qua fuit Cissei regia, qui pressi inopia regem adeunt, calamitatis remedia quaerentes. His supervenit Archelaus, officia sua offerens. deliberat cum amicis rex, formam et robur, tum genus nobile, juvenis praedicat, pauperiem ejus contemnentes refellit, accipitque ea conditione, quam dicit Hyginus, oblatum auxilium, Choro quidem plaudente et spe acquirendae gloriae excitante Archelaum ad strenue pugnandum, filia vero regia nuptias recusante ejus, qui esset

1.

Ἄπολις, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος,
πτωχὸς, πλανήτης, βίον ἔχων ἐφήμερον.

commode enim W. haec retulit ad Archelaum tragoediam, quae, ab Aeliano V. H. III, 29. et Diogene Laërtio VI, 38. servata, dubiisque fragmentis adnumerata a Matthiaeo p. 448., Euripidi vindicavit Valck. ad Hippol. 1029. sed castigat virginem Cisseus verbis apud

*) Thuc. II, 100. bellum enarrans Perdiccae II., regis Macedonum, cum Sitalce, Thracum rege, Olymp. 87, 3., ante Chr. nat. 429.: *Καὶ οἱ μὲν Μακεδόνες οὗτοι, ἐπιόντος πολλοῦ στρατοῦ ἀδύνατοι ὄντες ἀμύνεσθαι, ἔς τε τὰ καρτερὰ καὶ τὰ τείχη, ὅσα ἦν ἐν τῇ χώρᾳ, ἐσεκομίσθησαν. ἦν δὲ οὐ πολλά· ἀλλὰ ὕστερον Ἀρχέλαος ὁ Περδίκκου υἱὸς, βασιλεὺς γενόμενος, τὰ νῦν ὄντα ἐν τῇ χώρᾳ ᾠκοδόμησε, καὶ ὁδοὺς εὐθείας ἔτεμε, καὶ τἆλλα διεκόσμησε τὰ κατὰ τὸν πόλεμον ἵπποις, καὶ ὅπλοις, καὶ τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ κρείσσονα ἢ ξύμπαντες οἱ ἄλλοι βασιλεῖς ὁκτὼ οἱ πρὸ αὐτοῦ γενόμενοι.* quo in loco scripsimus *τὰ κατὰ τὸν π.* pro *τά τε κατὰ τ. π.* auctore Haackio, et *κρείσσονα* pro *κρείσσονι*, quod pariter abhorret. ceterum Archelaus etiam pacis artibus favit, consuetudine usus in aula sua cum aliorum doctorum atque artificum, tum Euripidis, Agathonis poëtae, Zeuxidis pictoris et Timothei musici.

Digitized by Google

2.

Stob. 77. p. 455.

Πατρὸς δ' ἀνάγκη παισὶ πείθεσθαι λόγῳ,

additis, opinor, illis lenioribus, quae idem habet 86. p. 498.

3.

Ἐν τοῖς τέκνοις γὰρ ἀρετὴ τῶν εὐγενῶν
ἐνέλαβε, κρείσσων τ' ἐστὶ πλουσίου γάμου.

ἐνέλαβε, tenere, haerere, solet. hoc edidit Grotius, cum in libris reperisset Ἐν ἔλαβε, quod alienum. Valck. Diatr. p. 162. ἐνέλαμψε, per se quidem non male, sed mutatione parum verisimili.

Victor ex proelio redit Arch. etc. Jam ordine persequamur reliqua fragmenta.

Prologus.

4.

Aristoph. Ran. 1141. (1207.)

Αἴγυπτος, ὡς ὁ πλεῖστος ἔσπαρται λόγος,
σὺν παισὶ πεντήκοντα ναυτίλῳ πλάτῃ
Ἄργος κατασχὼν —

Ibi Schol.: *Ἀρχελάου αὕτη ἐστὶν ἡ ἀρχή, ὥς τινες ψευδῶς· οὐ γὰρ φέρεται νῦν Εὐριπίδου λόγος τοιοῦτος οὐδείς. Οὐ γάρ ἐστι, φησὶν Ἀρίσταρχος, τοῦ Ἀρχελάου, εἰ μὴ αὐτὸς* (Eurip.) *μετέθηκεν ὕστερον, ὁ δὲ Ἀριστοφάνης τὸ ἐξ ἀρχῆς κείμενον εἶπε.* Sane aliud extat initium prologi hujus tragoediae apud scriptorem anonymum de Nili incremento, post Herodot. Wessel. p. 788., partimque apud Strabonem V, p. 339., A, p. 570., C., Plut. t. II. p. 497., B, p. 837., E, Diod. Sic. I, 38., Tiberium rhet. de figuris p. 70., quod initium tale est:

5.

Δαναὸς ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πατὴρ,
Νείλου λιπὼν κάλλιστον ἐκ γαίας ὕδωρ,
ὃς ἐκ μελαμβρότοιο πληροῦται ῥοὰς
Αἰθιοπίδος γῆς, ἡνίκ' ἂν τακῇ χιών,
τεθριππεύοντος Ἡλίου κατὰ χθόνα,
ἐλθὼν ἐς Ἄργος ᾤκισ' Ἰνάχου πόλιν.
Πελασγιώτας δ' ὠνομασμένους τὸ πρὶν
Δαναοὺς καλεῖσθαι νόμον ἔθηκ' ἀν' Ἑλλάδα.

Verba ἐκ γαίας turbarunt viros doctos, nec dubium videtur quin corrupta sint. Matth. quidem: „Mihi," inquit, „ἐκ γαίας cum λιπὼν conjungendum et hoc dictum videtur ut ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν εἰς τὰ ἄκρα τῆς Εὐβοίας pro ἐκλιπόντας τὴν πόλιν ἀπιέναι εἰς etc. sic h. l. λιπὼν Νείλου ὕδωρ καὶ ἀπελθὼν ἐκ γαίας." sed certe fatendum est cum Boissonadeo, frigere verba ἐκ γαίας. quae emendare sibi visus Valck. p. 30. scripsit auctore Luzacio

Digitized by Google

ἐν γυίοις pro *ἐν γῇ*, quo sensu ut dici possit *ἐν γυίοις*, tamen et ipsum friget, nec probabilitate commendatur palaeographica. Quodsi praesidium conjecturae afferendum est, malim equidem *Νείλου — κάλλιστον ἢ 'κ γαίας ὕδωρ*, Nili pulcrior quam orta ex terra sive terrestris aqua, aqua coelestis ac divina. sic enim praedicari solet Nilus, quem deorum suorum Aegyptii maximum habuerunt, cujusque olim aqua regi Persarum mittebatur, ut tradit Athenaeus 67, b. Apud eundem 203, c, Parmeno, poëta Byzantius: *Αἰγύπτιε Ζεῦ Νεῖλε*, itemque Nilum invocans Xenophon Ephesius IV, 2.: *Ὦ θεῶν φιλανθρωπότατε*, inquit, *ὃς Αἴγυπτον ἔχεις, δι' ὃν καὶ γῆ καὶ θάλασσα πᾶσιν ἀνθρώποις πέφηνεν.* cf. Plut. de Is. et Osir. II, p. 353., Diod. Sic. I, p. 8. etc. Superlativus *κάλλιστον* pro comparativo usurpatus nihil habet insoliti.

Chorus parodo.

6.

Dionysius Hal. de composit. verborum p. 394. ed. Schaefer.

Βασιλεῦ χώρας τῆς πολυβώλου,
Κισσεῦ, πεδίον πυρὶ μαρμαίρει.

Campum ignibus hostium lucere dicit Chorus.

7.

Stob. tit. 94., p. 517.

Οὐ γὰρ ὑπερθεῖν κύματος ἄκραν
δυνάμεσθα. τί γάρ; θάλλει πενία,
κακὸν ἔχθιστον, φεύγει δ' ὄλβος.

Mendose libri *δυνάμεσθ'· ἔτι γὰρ θ. π.* abhorret enim *ἔτι*, aptum vero sententiae est *τί γάρ;* de quo v. Viger. Herm. p. 729. 3. ed.

E colloquio Cissei cum Archelao,

postquam hic eum convenit, genusque clarum suum et res ante ab se gestas secundum Euripidem narravit, de quibus Agatharchides apud Photium cod. CCL. p. 1332.: *Οὐδ' Εὐριπίδου κατηγορῶ τῷ μὲν Ἀρχελάῳ περιτεθεικότος τὰς Τημένου πράξεις* etc., quae W. attulit, ab aliis neglecta, p. 702: scilicet obscurius Archelai nomen Tragicus praeclaris factis illustravit patris Temeni, benevoli regis causa, cujus in aula versabatur, quemque honoraturus in scenam produxit Heraclidam cognominem. Audita igitur ejus narratione Cisseus, Stob. 86., p. 497.,

8.

Ἡμῶν τί δῆτα, inquit, *τυγχάνεις χρείαν ἔχων;*
πατέρων γὰρ ἐσθλῶν ἐλπίδας δίδως γεγώς.

quaerit, quid ab se petat Archelaus, quod nec leve quiddam, neque claris majoribus indignum, fore auguratur. ille vero respondet, se nihil velle nisi fortibus edendis factis gloriam Herculis et

Digitized by Google

majorum aemulari: id enim praecepisse patrem. et refert dicta Temeni, in quibus ea, quae proximis 6 locis posuimus.

9.

Stob. 29. p. 199.

Οὐκ ἔστιν, ὅστις ἡδέως ζητῶν βιοῦν
εὐκλειαν εἰσεκτήσατ', ἀλλὰ χρὴ πονεῖν.

Auctoritate destitutum est verbum *εἰσκτᾶσθαι*, neque vim habet praepositio. quare Euripidem dixisse puto — *εὔκλ. εἷς ἐκτ.*, *εἷς*, unus prae ceteris. Aeschylus Pers. 300. *εἷς ἀνὴρ πλεῖστον πόνον Ἐχθροῖς παρασχὼν εὐκλεῶς ἀπώλετο* etc.

10.

Idem ibidem p. 198.

Σοὶ δ' εἶπον, ὦ παῖ, τὰς τύχας ἐκ τῶν πόνων
θηρᾶν· ὁρᾷς σὸν πατέρα γὰρ τιμώμενον.

Codices *ὁρ. γὰρ σὸν πατ.*, male collocato nomine *πατ.*, cum librarii vulgarem verborum ordinem usurparent, quem saepe negligunt poëtae. *Εἶπον*, soleo dicere. *σὸν πατέρα* emphatice dixit Temenus, si divinavi, pro *ἐμέ*. recte se honoratum praedicat, qui in sortitione Heraclidarum post occupationem Peloponnesi Argos obtinuisset. v. Apollod. II, 8, 4.

11.

Idem 29. p. 200.

Σὺν μυρίοις τὰ καλά γε γίγνεται πόνοις.

Libri carent *γὲ* particula, quae et sententiam juvat, et metro convenit, facile hausta illa a verbo *γίγνεται*. sic autem *καλὰ*, vox gravissima, extollitur arsi, et quidem tota, secus ac fit in Heathii et aliorum scriptura *Σ. μυρίοισι τὰ κ. γ. π.* Vel scribamus *Σ. μυρίοισί γ. τὰ κ. π.*

12.

Id. 8. p. 97.

Ὁ δ' ἡδὺς αἰὼν ἡ κακή τ' ἀνανδρία
οὔτ' οἶκον, οὔτε πόλιν, ἀνορθώσειεν ἄν.

13.

Id. 49. p. 354.

Νεανίαν γὰρ ἄνδρα χρὴ τολμᾶν ἀεί·
οὐδεὶς γὰρ ὢν ῥᾴθυμος εὐκλεὴς ἀνὴρ,
ἀλλ' οἱ πόνοι τίκτουσι τὴν εὐδοξίαν.

14.

Id. 7. p. 86.

Ἓν δέ σοι μόνον προφωνῶ, μὴ 'πὶ δουλείαν ποτὲ
ζῶν ἑκὼν ἔλθῃς, παρόν σοι κατθανεῖν ἐλευθέρως.

Unum inprimis monet filium, mortem liberam praeferendam esse captivitati.

Digitized by Google

15.

Ejusmodi praeceptis excitatum labores se suscipere mirum esse negat Arch., cum ignavi ne concupiscant quidem summa praemia. Stob. 49. p. 355.

— *Ἐμὲ δ' ἄρ' οὐ*
μοχθεῖν δίκαιον; τίς δ' ἄμοχθος εὐκλεής;
τίς τῶν μεγίστων δειλὸς ὢν ὠρέξατο;

Libri *ἀμόχθητος*, quo versum corrumpi cum intelligeret Grotius, scripsit *ἄμοχθος*, idque nunc legitur in libris, et ipse admisi emendationem facillimam. nec tamen verisimile videtur, librarios trito vocabulo, quale est *ἄμοχθος*, substituisse minus usitatum, vereorque ne E. dixerit variata oratione *τί δ' ἀμόγητον εὐκλεές;*

Igitur Arch. se adesse dicit, inopem*) nunc quidem, nec dona ferentem regi diviti, ne insanire aut dans poscere videatur, sed se ipse offert Cisseo ad exsequendum ejus officia et munera in rebus tam afflictis. Similiter Xenophon Exped. Cyri VII, 3, 30. apud Seuthen in convivio; donis allatis regi nullis, sed poculum tantummodo propinans: *Ἐγὼ δέ σοι, ὦ Σεύθη*, inquit, *δίδωμι ἐμαυτὸν* etc.

16.

Plutarch. II. p. 384, D.

Οὐ βούλομαι πλουτοῦντι δωρεῖσθαι πένης,
μή μ' ἄφρονα κρίνῃς, ἢ διδοὺς αἰτεῖν δοκῶ.

17.

E colloquio Cissei cum amicis ante quam imperatorem exercitui praeponit Archelaum.

Commendat Cisseus Archelaum genere et gloria virtutis, plus hanc valere dicens in bello quam militum multitudinem.

18.

Stob. 52. p. 360.

— *Ὀλίγον ἄλκιμον δόρυ*
κρεῖσσον στρατηγῷ μυρίου στρατεύματος.

Bene Grot. *στρατηγῷ* pro *στρατηγοῦ*. Parvam, sed strenuam, manum dicit civium oppugnatorum, quibus ducem praefectum Archelaum rem bene gesturum esse.

19.

Idem 49. p. 355.

Ὀλίγοι γὰρ ἐσθλοὶ κρείσσονες πολλῶν κακῶν.

---

*) Caprarii habitu Archelaum ad Cisseum venisse narrat Dio Chrysost. orat. 4., p. 163., nescio quo auctore, sed fortasse eo, qui meminisset illorum, quae de Perdicca Temenida tradit Herodotus VIII, 137., vel nomen Aegarum ab Archelao conditarum eo traheret. cf. W. p. 702. nota.

Digitized by Google

20.

Idem l. c. ad 17.

Ἔχει δὲ καὶ τοῦτ' οὐχὶ μικρὸν, εὐγενὴς
ἀνὴρ στρατηγῶν εὐκλεᾶ τ' ἔχων φάτιν.

μικρὸν, leve momentum.

21.

Quamvis inopem, tamen generosam patris indolem perdidisse negat Archelaum.

Stob. l. c. ad 8.

— Πένης γὰρ οὐκ ἐκεῖν' ἀπώλεσεν,
τὸ τοῦ πατρὸς γενναῖον.

Contra regis amici et consiliarii dehortari eum, ne rem summam committat juveni ignoto, quamvis dextro, paupertatem vituperare et opulentos ad nulla non aptos dicere; ad quae acerbe respondet Cisseus, manetque in proposito.

22.

Idem 50. p. 357.

Νεανίας τε καὶ πένης σοφός θ' ἅμα,
ταῦτ' εἰς ἓν ἐλθόντ' ἄξι' ἐνθυμήσεως.

ἄξια ἐνθ., res dignae consideratione et cautione.

23.

Idem 89. p. 502.

Οὐκ ἔστι Πενίας ἱερὸν, αἰσχίστης θεοῦ.

24.

Τί δ' οὐκ ἂν εἴη χρηστὸς ὅλβιος γεγώς;

25.

ΚΙΣΣΕΥΣ. Μισῶ γὰρ ὄντως, οἵτινες φρονοῦσι μὲν,
φρονοῦσι δ' οὐδενές γε, χρημάτων ὕπερ.
Vehementer enim istos odi, qui superbiunt,
superbiuntque, nihili cum sint, aeribus.

Vitiose codd. *οὐδενός γε*, quod mire exercuit viros doctos.

Postquam copias in aciem eduxit Arch., amici regis denuo videntur eum adiisse, monentes, ut caveat, nec vel regnum, deorum vitae comparandum, partiatur cum juvene strenuo, vel divitiis augeat nobilissimo genere prognatum, vel filiam ei det in matrimonium: neque servum enim, neque liberum, domi alere tutum esse cuiquam ipso potentiorem.

26.

Stob. 45. p. 332.

Τυραννὶς εἶναι θεῶν βίος νομίζεται·
τὸ μὴ θανεῖν γὰρ οὐκ ἔχει, τὰ δ' ἄλλ' ἔχει.

Digitized by Google

Paris. A. *τυραννίδ*$^{\alpha}$ *ἡ θεῶν β*$^{\cdot}$, ex quibus Gaisford. haec eruisse sibi visus est *Τυραννίδ', ἢ θεῶν δευτέρα νομ.*, quae parum verisimilia propagasse nonnullos miror. *τὰ δ' ἄλλ' ἔχει* bene Grot. pro *τἄλλα δ' ἔ.*

27.

Idem 89. p. 502.

Μὴ πλούσιον θῇς· ἐνδεέστερος γὰρ ὢν
ταπεινὸς ἔσται. κεῖνο δ' ἰσχύει μέγα,
πλοῦτος, λαβών τε τοῦτον εὐγενὴς ἀνήρ.

28.

Id. 60. p. 387.

Κρείσσω γὰρ σὔτε δοῦλον, οὔτ' ἐλεύθερον,
τρέφειν ἐν οἴκοις ἀσφαλὲς τοῖς σώφροσι.

His tandem permotus Cisseus admonitionibus victorem ex bello redeuntem Archelaum magnis quidem laudibus et corona excipit, sed mox promissa illo praemia petente tergiversatur, peccatum excusans imprudentia suum in extremo discrimine, tum ipsius Archelai immodestiam pro singulo beneficio poscentis, quae nonnisi continuis praestandis impetrari officiis possint. prave facta nisi corrigantur, damnum afferre; se opulentum esse, Archelaum vero inopem, quem non decere 'iram ob irritas spes immodicas: saepe enim cupidinem nimiam atque imperitam exitio fuisse mortalibus.

29.

Schol. Eurip. Phoen. 1159.

Ἐγὼ δὲ τὸν σὸν κρᾶτ' ἀναστέψαι θέλω.

30.

Stob. 29. p. 198.

Τὸ συνεχὲς ἔργου παντὸς εὑρίσκει τέλος.

Ubique finem reperit assiduus labor. Grot.

31.

Idem 20. p. 171.

Ὀργῇ δὲ φαύλῃ πόλλ' ἔνεστ' ἀσχήμονα.

32.

Πολλοὺς δ' ὁ θυμὸς ὁ μέγας ὤλεσεν βροτῶν
ἢ τ' ἀξυνεσία, δύο κακὼ τῷ χρωμένῳ.

Ejusmodi dictis jam irritatus Heraclida, postquam Cisseus perjurii sui culpam in deos contulit verbis illis, quae leguntur apud Justinum martyr. de Monarch. p. 108, c,

33.

Πόλλ', ὦ τέκνον, σφάλλουσιν ἀνθρώπους θεοὶ,

continere se amplius non potest, sed ironice respondet

Digitized by Google

34.

Plut. De aud. poët., II. p. 20.

Τὸ ῥᾷστον εἶπας, αἰτιάσασθαι θεούς.

deinde ceteras quoque rationes regis convellit, opes ignavas despicit, meritaque sua commemorat, qui fuderit praedones, quo nomine generatim notare videtur hostium exercitum, filiamque ejus a captivitate liberaverit inevitabili, si inferiores ex pugna discessissent Macedones.

35.

Stob. 91. p. 507.

Πλουτεῖς; Ὁ πλοῦτος δ' ἀμαθία δειλόν θ' ἅμα.

36.

Schol. Pindari Pyth. 55. *Πειρατὰς τοὺς κατὰ πέλαγος λῃστὰς λέγομεν, κυρίως δὲ τοὺς ἐν ὁδῷ κακουργοῦντας, παρ' ὃ δὴ καὶ ὁδουροὺς αὐτοὺς λέγουσιν. Ε. ἐν Ἀρχελάῳ*

Ἔπαυσ' ὁδουροὺς λυμεῶνας.

37.

Stob. 60. p. 383.

Ἔσωσα δούλην οὖσαν· οἱ γὰρ ἥσσονες
τοῖς κρείσσοσιν φιλοῦσι δουλεύειν βροτῶν.

Postremo, iram ejus vituperante Cisseo, tanquam imperiti, verbis, quae itidem habentur l. c. ad fragm. 31.,

Πόλλ' ἐστὶν ὀργῆς ἐξ ἀπαιδεύτου κακά·
ἔξω γὰρ ὀργῆς πᾶς ἀνὴρ σοφώτερος,

ne minis quidem abstinet, eloquentiae parcere jubens regem, ne male ei cedat facundia:

38.

Stob. 34. p. 215.

Ἁπλοῦς ὁ μῦθος Μὴ λέγ' εὖ· τὸ γὰρ λέγειν
εὖ δεινόν ἐστιν, εἰ φέροι τινὶ βλάβην.

Recte Valck. Diatr. p. 257. *μὴ λέγ' εὖ* pro *μὴ λέγε.* ipsi pro *τινὰ* dedimus *τινὶ*, quod contemtim dixit Arch., ut Eteocles Aeschyleus Sept. ad Th. 369. *Τάχ' ἂν γένοιτο μάντις ἀνοία τινί*, et similiter Soph. Ajace 1064. (1138.) *Τοῦτ' εἰς ἀνίαν τοὔπος ἔρχεταί τινι*, quem versum Herm. attulit ad Vigerum p. 731., vertens Hoc dictum cuidam, i. e. tibi, malum inveniet. languent enim verba *τινὰ βλάβην.*

Verba Chori tam lyrica, quam *διαλογικά.*

Caesos in bello amicos lugentis cum lacrimis haud insuavibus, ut quibus leniatur dolor.

Digitized by Google

39.

Stob. 121. p. 613.

Ἔστιν καὶ παρὰ δάκρυσι κείμενον dact. tetr.
ἡδὺ βροτοῖς, ὅταν ἄνδρα φίλον στενάχῃ τις ἐν οἴκτῳ.
hexam. dact.

Altercantibus moderationem suadentis.

40.

Idem 20. p. 172.

Τῷ γὰρ βιαίῳ κἀγρίῳ τὸ μαλθακὸν
εἰς ταὐτὸν ἐλθὸν τοῦ λίαν παρείλετο.

Ejusdem verba de variis hominum fatis et fortuna mutabili.

41.

Idem 103. p. 562.

Παλαὶ σκοποῦμαι τὰς τύχας τὰς τῶν βροτῶν,
ὅσον μεταλλάσσουσιν· ὃς γὰρ ἂν σφαλῇ,
εἰς ὀρθὸν ἔστη, χὠ πρὶν εὐτυχῶν πιτνεῖ.

ὅσον μετ. i. e. *ὡς μετ.*, ut E. Troad. 826. (870.) *Ἦλθον δὲ Τροίαν οὐχ, ὅσον δοκοῦσί με, Γυναικὸς οὕνεκα*, Hom. Il. *θ'*, 17. *Γνώσετ' ἔπειθ', ὅσον εἰμὶ θεῶν κάρτιστος ἁπάντων.* et *α'*, 515. *Ὄφρ' εὖ εἰδῶ, Ὅσσον ἐγὼ μετὰ πᾶσιν ἀτιμοτάτη θεός εἰμι.* quo sensu etiam *ὅσῳ* usurpatur apud Sophoclem Antig. 59., Oed. Col. 685. (747.) Inepte codd. *ὡς εὖ μετ.*

Justitiam divinam agnoscentis in catastrophe, de qua Nuntii verba interciderunt.

42.

Stob. Eclog. phys. I. p. 124.

Τὰ γὰρ οὐκ ὀρθῶς πρασσόμεν' ὀρθῶς τοῖς πράσσουσιν κακὸν ἦλφεν. anap. Aristoph.

ἦλφεν, invenire seu mereri solent, afferunt. Iliad. *φ'*, 79. *Ἑκατόμβοιον δέ τοι ἦλφον.* Medea v. 282. *φθόνον πρὸς ἀστῶν ἀλφάνουσι δυσμενῆ.* libri *ἦλθεν*, *θ* et *φ* litteris confusis, ut passim: v. Koen. et Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 525., H. ad Theogn. 258. (264.), nos ad Aeschyl. Choëph. 566. etc.

XI. *ΑΥΓΗ.*

Apollodorus II, 7, 4. *Παριὼν δὲ Τέγεαν Ἡρακλῆς τὴν Αὔγην Ἀλεοῦ* (Tegeatarum in Arcadia regis) *θυγατέρα οὖσαν ἀγνοῶν ἔφθειρεν. ἡ δὲ τεκοῦσα κρύφα τὸ βρέφος κατέθετο ἐν τῷ τεμένει τῆς Ἀθηνᾶς.* (fuit enim Minervae sacerdos.) *λοιμῷ δὲ τῆς χώρας φθειρομένης Ἀλεὸς εἰσελθὼν* [*καὶ ἐρευνήσας*] *εἰς τὸ τέμενος τὰς τῆς θυγατρὸς ὠδῖνας εὗρε. τὸ μὲν οὖν βρέφος εἰς τὸ Παρθένιον ὄρος ἐξέθετο, καὶ τοῦτο μὲν κατὰ*

Digitized by Google

θεῶν τινα πρόνοιαν ἐσώθη (θηλὴν μὲν γὰρ ἀρτιτόκος ἔλαφος ὑπέσχεν αὐτῷ, ποιμένες δὲ, ἀνελόμενοι τὸ βρέφος, Τήλεφον ἐκάλεσαν αὐτόν)· Αὔγην δὲ ἔδωκε Ναυπλίῳ τῷ Ποσειδῶνος ὑπερόριον ἀπεμπολῆσαι. ὁ δὲ Τεύθραντι τῷ Τευθρανίας ἔδωκεν (malim ἀπέδωκεν, vendidit, quod facere jussus erat) αὐτὴν δυνάστῃ; κἀκεῖνος γυναῖκα ἐποιήσατο. Aliter Hyginus fab. 99.: „Auge, Alei filia, ab Hercule compressa, cum partus adesset, in monte Parthenio peperit et ibi eum exposuit. — Ipsa autem Auge patrem suum timens profugit in Mysiam ad regem Teuthrantem, qui, cum esset orbus liberis, hanc pro filia habuit.“ Rursusque aliter ex parte ipse E. Strabo XIII. p. 915, b: Εὐριπίδης δ' ὑπὸ Ἀλεοῦ φησι τοῦ τῆς Αὔγης πατρὸς εἰς λάρνακα (ut Danaën) τὴν Αὔγην καταπεσθεῖσαν ἅμα τῷ παιδὶ Τηλέφῳ καταπονεωθῆναι, Ἀθηνᾶς δὲ προνοίᾳ τὴν λάρνακα περαιωθεῖσαν ἐκπεσεῖν εἰς τὸ στόμα τοῦ Καΐκου· τὸν δὲ Τεύθραντα ἀναλαβόντα τὰ σώματα τῇ μὲν ὡς γαμετῇ χρήσασθαι, τῷ δὲ ὡς ἑαυτοῦ παιδί.

„In hac tragoedia nihil amplius exhibitum fuisse suspicor nisi ea, quae Augae Tegeae acciderunt, donec Nauplio tradita et in mare cum filio conjecta est.“ — Matth.

Prologum egisse videtur Augae nutrix, eamque ipsa convenisse, quaerens, quid porro faciendum censeat puero recens nato et adhuc abscondito in luco Minervae. Efferre vult eum nutrix, cui sic respondet Auge

1.

Stob. 22. p. 187.

Ποῖ; πῶς δὲ λήσει; τίς δὲ νῷν πιστὸς φίλος;
ζητῶμεν. ἡ δόκησις ἀνθρώποις κακόν,
καὶ τοὐπιχειρεῖν ἐξαμαρτάνειν φιλεῖ.

ἡ δόκησις, τὸ δοκεῖν πιστόν τινα οὐκ ὄντα. certi aliquid scire cupit, in experiendo peccari solere dicens *).

Deinde in templo operantem Augen increpat Minerva, stupro pollutum sacrum objiciens, poenasque minitans impudentiae, qua infantem in luco suo abscondiderit. Excusat Auge Herculis temulentiam, mulierumque naturam debilem, modo paventium, modo quidvis audentium. sane se deliquisse, sed nolentem, et adversa fortuna usam esse, more hominum; nec tamen immane quiddam admisisse pariendo, quo mirum videri adeo irasci deam spolia cruenta et cadavera caesorum in bello adspicere solitam. quemvis infantum lusibus delectari, quibus se quoque delenitam vitae pueri parsisse. erigendos potius clementia esse miseros quam saeve ulciscendos.

*) Non male W. huc refert illa, quae extant apud Plut. Symp. IX, 1., p. 736, f:

Τὸν παῖδά μοι τόνδ' ἀξίως Ἡρακλέους
ἡμῶν τε θρέψαι.

Digitized by Google

2.

Stob. 18. p. 164.

— *Νῦν δ' οἶνος ἐξέστησεν. Ὁμολογῶ δέ σε*
ἀδικεῖν· τὸ δ' ἀδίκημ' ἠγένετ' οὐχ ἑκούσιον.

Herculem maximum quidem heroëm esse dicit, nulla non laude dignissimum, sed tum vino madidum, nec sui potentem, sibi vim intulisse. Sic enim procul dubio E., non *ἐξέστησέ μ'*, qui error est librariorum, *μ* et *ν* litteras saepe permutantium. vehementer enim friget Matthiaei ratio, Augen in prologo ipsius Herculis verba commemorare existimantis. Furtis adsuetus bonus ille vir non ita se purgasset virgini, nec facinus suum dicere potuit *ἀδίκημα οὐχ ἑκούσιον*. Compotatio ista Herculis, barbara potius quam graeca appellanda, videtur significari verbis illis nonnihil affectis apud scholiasten Vatic. ad Rhes. 393. (419.). sic enim grammaticus: *Ἄμυστιν: οἱ μὲν ποτηρίου εἶδος ἐπιτηδειότητα ἔχον πρὸς τὰς ἀμυστὶ πόσεις, ὡς ἐν αὐτῇ σὺν τῷ βαθείας καὶ πυκνὰς ἕλκουσι τὰς ἀμυστίδας· ἄλλοι δὲ ἐπὶ τῆς ἀπνευστὶ τάσεως τάττουσι τὸ ὄνομα, ὡς Κρατῖνος ἀλλ' οὖν θεὸν πείσαντες μῦστιν δεῖ ποιεῖν.* Recte H. Opusc. V., p. 189. *ὡς ἐν Αὔγῃ*, et *σπάσεως*, tum prope vērum L. Dindorf. *Ἀλλ' ο. θεῷ σπείσαντ' ἄμυστιν. δεῖ πιεῖν*, ubi praestat reponi *σπείσαντας*. E. autem scripsit, nisi fallor,

3.

Σὺν τῷ βαθείας καὶ πυκνὰς ἀμυστίδας
ἕλκουσι.

4.

Idem 71. p. 433.

Γυναῖκές ἐσμεν· τὰ μὲν ὄκνῳ νικώμεθα,
τὰ δ' οὐκ ἂν ἡμῶν θράσος ὑπερβάλλοιτό τις.

5.

Idem 93. p. 561.

Πᾶσιν γὰρ ἀνθρώποισιν, οὐχ ἡμῖν μόνοις,
ἢ καὶ παραυτίκ', ἢ χρόνῳ, δαίμων βίον
ἔσφηλε, κοὐδεὶς διὰ τέλους εὐδαιμονεῖ.

Pro *ἢ καὶ* fortasse E. dixit *ἤτοι*, cum usitatissimum sit *ἤτοι — ἤ*. v. Herm. ad Viger. p. 787.

6.

Clemens Alex. Strom. VII. p. 712. *Εὐ δὲ καὶ ἡ Αὔγη* (sic pro *αὐτὴ* Valck. Diatr. p. 164.) *δικαιολογουμένη πρὸς τὴν Ἀθηνᾶν ἐπὶ τῷ χαλεπαίνειν αὐτῇ τετοκυίᾳ ἐν τῷ ἱερῷ λέγει*

— *Σκῦλα μὲν βροτοφθόρα*
χαίρεις ὁρῶσά που νεκρῶν τ' ἐρείπια,
κοὐ μιαρά σοι ταῦτ' ἔστιν· εἰ δ' ἐγὼ 'τεκον,
δεινὸν τόδ' ἡγεῖ;

Digitized by Google

Mendose libri χ. ὁρῶσ' ἀπὸ νεκρῶν ἐρ., quod alii aliter tentaverunt. Temere Matth., Heathii correctionem ὁρῶσα καὶ ν. ἐρ. refellens, καὶ convenire negat propterea, quia νεκρῶν ἐρείπια diversa non sint a σκύλοις, quod ita esse nemo concesserit.

7.

Stob. 76. p. 453.

Τίς δ' οὐχὶ χαίρει νηπίοις ἀθύρμασιν;

8.

Idem 37. p. 220.

Τὸ γὰρ ἐπιεικὲς ὠφελεῖ τὰς συμφοράς.

His dictis placatur dea et opem suam promittit, si quando usus fuerit: semper enim adhuc Augen coluisse pietatem, seque vel bobus immolatis veneratam esse.

9.

Apollonius Dysc. Bekker. Anecd. p. 514, 10. — Καὶ Ἀΰγῃ
Καὶ βουθυτεῖν γὰρ ἠξίους ἐμὴν χάριν·

Versiculus hic solus superesse creditur ex Minervae oratione; sed nobis quidem eo pertinere videntur etiam illa, quae servavit Stob. 44. p. 307., modo emendentur. obscura enim sunt verba Οὐ τῶν κακούργων οἶκτος, ἀλλὰ τῆς δίκης, contra perspicua et apta rebus, quae hic aguntur, haec, quae reponenda esse arbitror,

10.

Οὐ τῶν κακούργων οἶκος, ἀλλὰ τῆς δίκης,

quibus verbis exire e templo Augen jusserit Minerva, domicilium id esse dicens Justitiae, non sceleratorum atque impiorum.

Chori Tegeatarum haec sunt, quibus cum inhumanitatem vituperant Alei, qui ignoret amoris potentiam, tum propter illum omnibus tyrannis, libertatem et aequum jus civium tollentibus, male precantur.

11.

Stob. 61. p. 387.

Ἔρωτα δ' ὅστις μὴ θεὸν κρίνει μέγαν
καὶ τῶν ἁπάντων δαιμόνων ὑπέρτατον,
ἢ σκαιός ἐστιν, ἢ καλῶν ἄπειρος ὤν
οὐκ οἶδε τὸν μέγιστον ἀνθρώποις θεόν.

Malim ὑπέρτερον, quo fiat gradatio ad superlativum τὸν μέγιστον.

12.

Stob. 47. p. 343.

Κακῶς δ' ὄλοιντο πάντες, οἳ τυραννίδι
χαίρουσιν ὀλοῇ τ' ἐν πόλει μοναρχίᾳ·

Digitized by Google

τοὐλεύθερον γὰρ ὄνομα παντὸς ἄξιον,
κἂν σμίκρ' ἔχῃ τις, μεγάλ' ἔχειν νομίζεται.

ὀλοῇ. inepte libri ὀλίγῃ.

13.

Hesych. Διέφθειρε: διῆγεν. (? videndum, an dixerit ἐδύησεν, a δυᾶν.) Ε. Αὔγῃ.

14.

Idem. Κέρας ὀρθιον: ἢ νευρά. Ε. ἐν Αὔγῃ.

15.

Bekker. Anecd. p. 116, 2. Φιλοτραφής: ὃν ἡ συνήθεια φιλότροφον λέγει. Ε. Αὔγῃ.

XII. ΑΥΤΟΛΥΚΟΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Hyginus fab. 201. „Mercurius Autolyco, ex Chione (Daedalionis, cujus pater dicebatur Lucifer, filia) quem procreaverat, muneri dedit, ut furacissimus esset, nec deprehenderetur in furto, ut, quidquid surripuisset, in quamcunque effigiem vellet transmutaretur, ex albo in nigrum vel ex nigro in album, in cornutum ex mutilo, in mutilum ex cornuto. Is cum Sisyphi pecus assidue involaret, nec ab eo posset deprehendi, sensit (Sisyphus) eum furtum sibi facere, quod illius numerus augebatur et suus minuebatur. qui ut eum deprehenderet, in pecorum ungulis notam imposuit, quae (male codd. „qui") cum solito more involasset et Sisyphus ad eum venisset, pecora (codd. „et pec." -et, quod praecedit, peperisse conjunctionem, sensit Scheffer.) sua ex ungulis deprehendit, quae ille involaverat, et abduxit. qui cum ibi moraretur, Sisyphus] Anticliam (Ἀντίκλειαν) Autolyci filiam compressit, quae postea Laërtae data est in conjugium, ex qua natus est Ulysses. ideo nonnulli auctores dicunt ipsius prolem. (codd. „ypsipylon," quod videtur natum ex „ypsi9plem.") ob hoc Ulysses versutus fuit."

Apollodorus II, 4, 9. Ἐδιδάχθη μὲν Ἡρακλῆς ἁρματηλατεῖν μὲν ὑπὸ Ἀμφιτρύωνος, παλαίειν δὲ ὑπὸ Αὐτολύκου etc. Ibi Heyn.: „Notum nomen Autolyci, Mercurii f. furtis clari, jam ex Odyss. τ', 396. — Egerat de eo Hesiodus in Eoeis, unde versus est in Etymologico in ἀΐδελα (ἀείδελα) et apud Schol. in Lycophr. vs. 344. Celebratus ille Euripidis dramate satyrico, Autolyco. — In Parnasso habitavit, ut ex Homero notum et Pausania VIII, 4. p. 605." etc.

„Duas ejus dramatis fuisse editiones, ex Athenaeo X. p. 413, c, colligitur. v. Boeckh. de Trag. p. 20." Matth.

Oeconomia fabulae quae fuerit, ex paucis ejus reliquiis intelligi non potest.

Digitized by Google

1.

Athenaeus X. p. 413, c, postquam exposuit de voracitate Milonis athletae, sic pergit: *Καὶ οὐδὲν παράδοξον τούτους τοὺς ἄνδρας ἀδηφάγους γενέσθαι· πάντες γὰρ οἱ ἀθλοῦντες μετὰ τῶν γυμνασμάτων καὶ ἐσθίειν πολλὰ διδάσκονται. διὸ καὶ Ε. ἐν τῷ πρώτῳ Αὐτολύκῳ λέγει*

Κακῶν γὰρ ὄντων μυρίων καθ' Ἑλλάδα
οὐδὲν κάκιόν ἐστιν ἀθλητῶν γένους,
οἳ πρῶτα μὲν ζῆν οὔτε μανθάνουσιν εὖ,
οὔτ' ἂν δύναιντο· πῶς γὰρ ὅστις ἔστ' ἀνὴρ
γνάθου τε δοῦλος νηδύος θ' ἡσσημένος
κτήσαιτ' ἂν ὄλβον εἰς ὑπερβολὴν πατρός;
οὐδ' αὖ πένεσθαι καὶ ξυνηρτεμεῖν τύχαις
οἷοί τ'· ἔθη γὰρ οὐκ ἐθισθέντες καλὰ
σκληρῶς μεταλλάσσουσιν εἰς τἀμήχανον.
λαμπροί τ' ἐν ἥβῃ καὶ πόλεως ἀγάλματα
φοιτῶσ'· ὅταν δὲ προσπέσῃ γῆρας πικρὸν,
τρίβωνες ἐκβαλόντες οἴχονται κρόκας.
ἐμεραψάμην δὲ καὶ τὸν Ἑλλήνων νόμον,
οἳ τῶνδ' ἕκατι σύλλογον ποιούμενοι
τιμῶσ' ἀχρείους ἡδονὰς δαιτὸς χάριν.
τίς γὰρ παλαίσας εὖ, τίς ὠκύπους ἀνὴρ,
ἢ δίσκον ἄρας, ἢ γνάθον παίσας καλῶς,
πόλει πατρῴᾳ στέφανον ἤρκεσεν λαβών;
πότερα μαχοῦνται πολεμίοισιν ἐν χεροῖν
δίσκους ἔχοντες, ἢ δι' ἀσπίδων χερὶ
θείνοντες ἐκβαλοῦσι πολεμίους πάτρας;
οὐδεὶς σιδήρου ταῦτα μωραίνει πέλας
στάς. ἄνδρας οὖν ἐχρῆν σοφούς τε καγαθοὺς
φύλλοις στέφεσθαι, χὥστις ἡγεῖται πόλει
κάλλιστα, σώφρων καὶ δίκαιος ὢν ἀνὴρ,
ὅστις γε μύθοις ἔργ' ἀπαλλάσσει κακά,
μάχας τ' ἀφαιρῶν καὶ στάσεις· τοιαῦτα γὰρ
πόλει τε πάσῃ πᾶσί θ' Ἕλλησιν καλά.

Galenus Protrepticо vol. II. p. 10. 11. ed. Charter. attulit versus 1.—9. et 16.—22., 1. et 2. Eustath. ad Il. ψ', p. 1299, 20=1411, 41. etc. Gal. 1. recte γὰρ pro γέ. idem 6. ὑπεκτροφὴν, quo accepto Casaub. Anim. p. 705. scripsit εἰς ὑπεκτροφὴν πάτρας, ad alendam necessario tempore patriam, Grotio, Barnesio, Schweighaeusero probantibus. sed bene Matth.: „Quis unquam τρέφειν, vel adeo ὑπεκτρέφειν, πατρίδα dixit? εἰς ὑπερβολὴν πατρὸς est plus patre, ita ut patrem pecuniae parandae solertia vincat, ut Hippol. 936., Melanipp. fr. VII, 7., quos locos affert Musgrav." 9. vulgo διαλλάσσουσιν. 10. libri: λ. δὲ, minus quidem bene, cum sequatur ὅταν δὲ etc. 15.

Digitized by Google

Matth.: „Quod e verbis δαιτὸς χάριν collegerat Casaub., ludorum sacrorum agonistas parta victoria solitos fuisse excipere spectatores, id Schweigh. locis Athenaei I, p. 3., d, e, f, IV, p. 168., f, confirmavit.“ Plato Symp. cap. 1.: — ὅτε τῇ πρώτῃ τραγῳδίᾳ ἐνίκησεν Ἀγάθων, τῇ ὑστεραίᾳ ἢ ᾗ τὰ ἐπινίκια ἔθυεν etc. ibi Sinnerus: „Convivio aut amici victorem, aut, ut hic, victor ipse amicos multosque alios hospites splendide excipiebat. cf., quos Wolf. laudavit, Taylor. ad Lys. p. 517. Reisk. et Rambach. Archäol. Untersuch. p. 607 seqq.“ etc. 16. Gal. τίς γ. —, τίς ὠκ., quod nobis placuit, ut Matthiaeo, prae Athenaei scriptura τί γ. —, τί δ' ὠκ. 20. idem ἢ δι' ἀ. ποσὶ θέοντες, quae videtur esse dittographia, sicut ὃς πρῶτον οἰκεῖν οὐδὲ μ. εὖ versu 3.

Eodem loco Athen.: Ταῦτ' εἴληφεν ὁ Ε. ἐκ τῶν τοῦ Κολοφωνίου ἐλεγείων Ξενοφάνους, οὕτως εἰρηκότος

Ἀλλ' εἰ μὲν ταχυτῆτι ποδῶν νίκην τίς ἄροιτο,
ἢ πενταθλεύων, ἔνθα Διὸς τέμενος
πὰρ Πίσαο ῥοῇς ἐν Ὀλυμπίῃ, εἴτε παλαίων,
ἢ καὶ πυκτοσύνην ἀλγινόεσσαν ἔχων,
εἴτε τὸ δεινὸν ἄεθλον, ὃ παγκράτιον καλέουσιν,
ἀστοῖσίν κ' εἴη κυδρότερος προσορᾶν,
καί κε προεδρίην φανερὴν ἐν ἀγῶσιν ἄροιτο,
καί κεν σῖτ' εἴη δημοσίων κτεάνων
ἐκ πόλεως καὶ δῶρον, ὅ οἱ κειμήλιον εἴη,
εἴτε καὶ ἵπποισιν ταῦτά χ' ἅπαντα λάχοι,
οὔ κ' ἔοι ἄξιος ὥσπερ ἐγώ· ῥώμης γὰρ ἀμείνων
ἀνδρῶν ἠδ' ἵππων ἡμετέρη σοφίη etc.

Euripideis illis nescio quis videtur contemsisse Autolyci artem luctandi. praefert autem ille omnino peritiae agonisticae cum bellicam virtutem, ut Tyrtaeus, tum prudentiam atque justitiam, quibus vitari bella et seditiones possint. Versus 7.—9. sic reddidit Grot.: „Nec pauper aevum ferre, nec se casibus Aptare norunt, moribus sueti malis, Sed res in inopes cum gravi sensu cadunt.“

2.

Pollux X, 111. Ε. μὲν εἴρηκεν ἐν Αὐτολύκῳ σατυρικῷ
— Τοὺς ὄνους
τοὺς λαρκαγωγοὺς ἐξ ὄρους οἴσειν ξύλα.

Ita Musgrav.; libri metro pessumdato οἴσειν ἐξ ὄρους.

3.

Idem ib. 178. — Καὶ Εὐριπίδου ἐν Αὐτολύκῳ εἰπόντος Σχοινίνας γὰρ ἵπποισι φλοΐνας ἡνίας πλέκει. Reponendum arbitror

Φλοΐνας γὰρ ἵπποις σχοινίνας τ' ἂν ἡνίας
πλέκει.

Digitized by Google

XIII. *ΒΕΛΛΕΡΟΦΟΝΤΗΣ.*

Apollodorus II, 3., Homerum fere secutus Il. ζ', 152.—193., nisi quod nulla ibi mentio fit Pegasi: *Βελλεροφόντης δὲ ὁ Γλαύκου, τοῦ Σισύφου, κτείνας ἀκουσίως ἀδελφὸν Δηλιάδην, ὡς δέ τινές φασι Πειρῆνα, ἄλλοι δὲ Ἀλκιμένην*, (Tzetzes ad Lycophr. 17.: — *κτείνας Κορίνθιόν τινα Βέλλερον, ἢ τὸν ἴδιον ἀδελφὸν Δηλιάδην* etc.; cf. Schol. Hom. l. c. et Zenob.; sed Bellerus iste videtur commentum etymologicum.) *πρὸς Προῖτον* (regem Argivorum Tirynthe) *ἐλθὼν καθαίρεται. καὶ αὐτοῦ Σθενέβοια ἔρωτα ἴσχει, καὶ προσπέμπει λόγους περὶ συνουσίας· τοῦ δὲ ἀπαρνουμένου λέγει πρὸς Προῖτον, ὅτι Βελλ. αὐτῇ περὶ φθορᾶς προσεπέμψατο λόγους· Προῖτος δὲ πιστεύσας ἔδωκεν ἐπιστολὰς αὐτῷ πρὸς Ἰοβάτην* (socerum, Lyciae regem) *κομίσαι* (sic Zenob. pro *κομίσειν* vel *κομίζειν*), *ἐν αἷς ἐνεγέγραπτο Βελλεροφόντην ἀποκτεῖναι. Ἰοβάτης δὲ ἐπιγνοὺς ἐπέταξεν αὐτῷ Χίμαιραν κτεῖναι, νομίζων αὐτὸν ὑπὸ τοῦ θηρίου διαφθαρήσεσθαι. ἦν γὰρ οὐ μόνον ἑνὶ, ἀλλὰ πολλοῖς οὐκ εὐάλωτον· εἶχε δὲ προτομὴν μὲν λέοντος, οὐρὰν δὲ δράκοντος, τρίτην δὲ κεφάλην μέσην αἰγὸς, δι' ἧς πῦρ ἀνίει, καὶ τὴν χώραν διέφθειρε, καὶ τὰ βοσκήματα ἐλυμαίνετο· μία γὰρ φύσις τριῶν θηρίων εἶχε δύναμιν. λέγεται δὲ καὶ τὴν Χίμαιραν ταύτην τραφῆναι μὲν ὑπὸ Ἀμισωδάρου, καθάπερ εἴρηκε καὶ Ὅμηρος* (Il. π', 328.), *γεννηθῆναι δὲ ἐκ Τυφῶνος καὶ Ἐχίδνης, καθὼς Ἡσίοδος* (Theog. 319.) *ἱστορεῖ. Ἀναβιβάσας οὖν ἑαυτὸν ὁ Βελλ. ἐπὶ τὸν Πήγασον, ὃν εἶχεν ἵππον ἐκ Μεδούσης πτηνὸν γεγεννημένον καὶ Ποσειδῶνος, ἀρθεὶς εἰς ὕψος ἀπὸ τούτου κατετόξευσε τὴν Χίμαιραν.* (Hesiodus Theog. 325. de Chimaera *Τὴν μὲν Πήγασος εἷλε καὶ ἐσθλὸς Βελλεροφόντης.*) *μετὰ δὲ τὸν ἀγῶνα τοῦτον ἐπέταξεν αὐτῷ Σολύμοις μαχέσασθαι. ὡς δὲ ἐτελεύτησε καὶ τοῦτον, Ἀμαζόσιν ἐπέταξεν ἀγωνίζεσθαι αὐτόν. ὡς δὲ καὶ ταύτας ἀπέκτεινε, τοὺς νεότητι Λυκίων διαφέρειν δοκοῦντας ἐπιλέξας ἐπέταξεν (αὐτὸν) ἀποκτεῖναι λοχήσαντας. ὡς δὲ καὶ τούτους ἀπέκτεινε πάντας, θαυμάσας τὴν δύναμιν αὐτοῦ ὁ Ἰοβάτης τά τε γράμματα ἔδειξε, καὶ παρ' αὐτῷ μένειν ἠξίωσε, δοὺς τὴν θυγατέρα Φιλονόην* (Cassandram secundum Soph., secundum alios Anticleam: v. schol. Pindari ad Ol. XIII, 82.), *καὶ θνήσκων τὴν βασιλείαν κατέλιπεν αὐτῷ.* cf. Hygin. Poët. astron. II, 18. Apud Homerum l. c. 192. sequ. Iobates Bellerophontem, postquam ei filiam dedit in matrimonium, statim in regni societatem adjungit (*δίδου δ' ὅγε θυγατέρα ἣν, Δῶκε δέ οἱ τιμῆς βασιληΐδος ἥμισυ πάσης*). Idem Bellerophontis *μισανθρωπίαν* ex infortuniis commemorare non neglexit, ibidem dicens 200.

Ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ κεῖνος (Bell.) *ἀπήχθετο πᾶσι θεοῖσιν,*
ἤτοι ὁ καππεδίον τὸ Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο,

Digitized by Google

ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων (τ') ἀλεείνων·
Ἰσανδρον δέ οἱ υἱὸν Ἄρης ἄτος πολέμοιο
μαρνάμενον Σολύμοισι κατέκτανε κυδαλίμοισι,
τὴν δὲ (Hippodamiam filiam) *χολωσαμένη χρυσήνιος Ἄρτεμις ἔκτα.*

Significanter dixit *καὶ κεῖνος*, etiam ille Bell., qui tantas res gessit et beatissimus visus est; tamen eum oppressit invidia deorum, occisisque duobus liberis adeo indoluit, ut consuetudinem hominum fugeret et in Ciliciae campo Aleïo, ad amnem Pyramum sito, ut tradit Strabo XIV, 5., solus erraret, imo pertaesus tandem ipsius terrae in coelum ascendere experiretur, Pegaso insidens, quem domatum a Minerva acceperat, viri fortissimi more suo adjutrice. (Pausan. II, 4., p. 119. *Ἀθηνᾶν γὰρ θεῶν μάλιστα συγκατεργάσασθαι τά τε ἄλλα Βελλεροφόντῃ φασὶ, καὶ, ὡς τὸν Πήγασόν οἱ παραδοίη, χειρωσαμένη τε καὶ ἐνθεῖσα αὐτῇ τῷ ἵππῳ χαλινόν.* cf. Pind. Ol. XIII.) Recentiorum hoc demum, ut significavi in superioribus, commentum est, in quibus Pindarus Isthm. VII, 44.

—*Ὅτι πτερόεις*, inquit, *ἔῤῥιψε Πάγασος.*
δεσπόταν ἐθέλοντ' ἐς οὐρανοῦ σταθμοὺς
ἐλθεῖν μεθ' ὁμάγυριν Βελλεροφόνταν
Ζανός· τὸ δὲ πὰρ δίκαν γλυκὺ
πικροτάτα μένει τελευτά.

Arrogantiae tale ausum fuisse censet, ut Homeri scholiastes ad Il. ζ', 155. (*Λέγεται δὲ αὐτὸν ἐπαρθέντα ἐφ' οἷς ἔπραξε θελῆσαι μετὰ τοῦ Πηγάσου τὸν οὐρανὸν κατοπτεῦσαι*), et Megapenthes, ni fallor, verbis illis, quae loco posuimus. ineptius astronomiae studio imputat Palladas Anal. II, 420. n. 62.

(*Οὕτω Πήγασος ἵππος ἀπώλεσε Βελλεροφόντην,*
βουληθέντα μαθεῖν ἀστροθέτους κανόνας.)

et ulciscitur improbos. hoc enim sufficere in locum vulgatae scripturae *Τυραννικόν τι πόλλ' ἐπίστασθαι λέγειν* nullus dubitavi, cum inepte tyrannica res vocetur, si quis sciat multa dicere, quod et garruli est, et facundi, minime vero tyrannorum, qui spreta oratione, qua nihil humanius, vi agere inhumane solent. Frustra Grotius *ἐφίεσθαι* dedit pro *ἐπίστασθαι*, neque emendationi nostrae obstat titulus *Περὶ ἀδολεσχίας*, cum videatur verisimile, Stobaeum, hominem minime acutum, ut haec ad illum titulum referret, nonnisi verbis *πολλὰ λέγειν* inductum esse. Sophocles El. 589. *Ὀρᾷς; πρὸς ὀργὴν ἐκφέρει, — οὐδ' ἐπίστασαι κλύειν.* —

XVII. Ε Π Ε Ι Ο Σ.

Non temere est, puto, quod in titulis marmoris Albani legitur *ΕΠΕΟΣ*, etsi nulla hodie fragmenta ejus fabulae supersunt. de qua Osannus in dissertatione de nonnullis fabularum Euripidis titulis apud Wolfium, Litterar. Anal. (Berol., 1820.) vol. II. p. 538.: „Restat," inquit, „fabulae titulus ex uno hoc lapide cognitus, quem praeter Winckelmannum (Monum. ined. tav. 168., p. 225.) nemo adhuc notavit. *ΕΠΕΟΝ* dico, cujus nominis nulla veterum poëtarum dramaticorum, quod quidem sciam, fabula extat. De ejus argumento, quod Winckelm. verbo indicavit, dubitari non potest, cum qui sit Epeus neminem his litteris occupatum lateat. Ex quo uberrimo Trojae excisae argumento poëtas dramaticos rem saepe petiisse credibile est, ac re vera comprobatur titulo et fragmentis Romanae Naevii tragoediae, Equi Trojani, de qua disputavimus in Analectis nostris crit. p. 5. sequ.; quam, si conjecturam de ea licet facere, compositam esse possis credere ad illud Euripidis exemplar, quod inscribebatur *ΕΠΕΟΣ* (*ΕΠΕΙΟΣ*). Atque quantopere hoc argumentum poëtis veteribus decantatum fuerit, concludi potest ex loco Plauti perquam festivo Bacch. 4, 9. ad graecum exemplar, ut videtur expresso. — Fons totius fabulae ex Homero derivandus est, qui Epeum duratei equi auctorem una cum Pallade memorat Odyss. *θ'*, 492. cf. Philostrati memorabilem locum Heroic. p. 718. Olear., ibique Boissonad. p. 166." etc.

Ex hoc dramate petitum esse versum Euripideum, quem servavit Plut. Praec. polit., t. II. p. 802, a,

Digitized by Google

Τέκτων γὰρ ἦν ἔπραττες (ἔπρασσες) οὐ ξυλουργικά, suspicatur W. (D. griech. Trag., II. Abth. p. 523.) fuit autem Epeus non modo peritus architecton, sed etiam *πρῶτος εἰς πυγμήν* (Galen. *Περὶ ἰατρ. καὶ γυμν.* 33. apud W. ibidem, III. p. 1586.). W. praedicto libro, p. 524.: „Epeios, der Sohn des Panopeus, — ist ein *τέκνων*, u. selbst wo er als Stifter verehrt wurde, in Metapont, bewahrte man als Reliquien von ihm nur seine Werkzeuge im Tempel der Athene. (Justin. XX, 2., Aristot. Mir. ausc. 116., Lycophr. 948.) Wie er das Ross zimmert, so macht er *ξόανα* (Paus. II, 19, 6.), u. im Platonischen Ion (p. 533, a) wird er mit Dädalus u. Theodorus zusammengestellt. Darum steht er auf dem Schlachtfelde nach u. wird missachtet. Das Erste gesteht er in der Ilias (XXIII, 670.) selbst ein, wo er im Faustkampf ein arbeitsames Maulthier gewinnt, Kampfart sowohl als Preis für ihn wohl ausgesucht. Die Spätern machen ihn zum Feigling, wie Lykophron 943.; schon Kratinos bekam, weil er sich als Taxiarch muthlos gezeigt hatte, den Zunamen Epeios, (Hesych.: *Ἐπειός*. cf. interpr. Suid. Zenob. III, 81. Apostol. VIII, 80.; *Ἐπειοῦ δειλότερος*.) u. Platon Polit. X, p. 620, c, lässt die Seele des Epeios in ein kunstvolles Weib übergehn. Charakteristisch ist es daher auch, dass der Meister des Rosses in Polygnots Iliupersis nicht im Kampf u. Gemetzel thätig, sondern, nackt, mit Niederreissung der Mauer beschäftigt ist (Paus. X, 26, 1.). Von den stolzen Kämpfern wird der Handwerksmann unterdrückt, die Atriden lassen ihn Wasser schleppen, u. Athene beklagt ihn nach Stesichoros, welchem Eurip. öfters gefolgt ist:

Ὠικτειρε γὰρ αὐτὸν ὕδωρ ἀεὶ φορέοντα
Διὸς κούρα βασιλεῦσιν. (Athen. X, p. 457.)*)

— Auch muss er den Atriden Speise bereiten (?), weshalb (?) Plautus (Varr. de L. L. VII, 38.) einen Koch Epeum fumificum nannte. Hiernach ist also ein bestimmtes Verhältniss gegeben; eine Handlung oder Begebenheit aber ist nicht bekannt" etc.

XVIII. ΕΡΕΧΘΕΥΣ.

Nobilis mythus de Chthonia, Erechthei, sexti regis Atheniensium (a. 3315.—3365. periodi Jul.), filia, quam pater pro salute patriae immolavit, Iphigeniae et Macariae comparandam. Lycurgus (Platonis discipulus) or. adv. Leocratem t. IV, 2. p. 201. ed. Reisk., t. III. p. 261. ed. Bekker Oxon. *Φασὶν Εὔμολπον τὸν Ποσειδῶνος καὶ Χιόνης μετὰ Θρᾳκῶν ἐλθεῖν τῆς χώρας ἀμ-*

*) Malim
— *Ὠικτειρε γὰρ ὕδωρ* (– ∪ ∪ – –, quae fuerit finis hexametri dact., qualis est sequens versus)
αὐτὸν ἀεὶ φορέοντα Διὸς κούρα βασιλεῦσιν.

Digitized by Google

φισβητοῦντα, τυχεῖν δὲ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους βασιλεύοντα Ἐρεχθέα, γυναῖκα ἔχοντα Πραξιθέαν τὴν Κηφισοῦ θυγατέρα. μεγάλου δὲ στρατοπέδου μέλλοντος αὐτοῖς εἰσβάλλειν εἰς τὴν χώραν, εἰς Δελφοὺς ἰὼν ἠρώτα τὸν θεὸν, τί ποιῶν ἂν νίκην λάβοι παρὰ τῶν πολεμίων· χρήσαντος δ' αὐτῷ τοῦ θεοῦ *), τὴν θυγατέρα εἰ θύσειε πρὸ τοῦ συμβαλεῖν τῷ στρατοπέδῳ, κρατήσειν τῶν πολεμίων, ὁ δὲ τῷ θεῷ πειθόμενος τοῦτ' ἔπραξε, καὶ τοὺς ἐπιστρατευομένους ἐκ τῆς χώρας ἐξέβαλε. Διὸ καὶ δικαίως ἄν τις Εὐριπίδην ἐπαινέσειεν, ὅτι τά τε ἄλλ' ὧν ἀγαθὸς ποιητὴς καὶ τοῦτον τὸν μῦθον προείλετο ποιῆσαι, ἡγούμενος κάλλιστον ἂν γενέσθαι τοῖς πολίταις παράδειγμα τὰς ἐκείνων πράξεις, πρὸς ἃς ἀποβλέποντας καὶ θεωροῦντας συνεθίζεσθαι ταῖς ψυχαῖς τὸ τὴν πατρίδα φιλεῖν. Ἄξιον δὲ καὶ τῶν Ἰαμβείων ἀκοῦσαι, ἃ πεποίηκε λέγουσαν τὴν μητέρα τῆς παιδός· ὄψεσθε γὰρ ἐν αὐτοῖς μεγαλοψυχίαν καὶ γενναιότητα ἀξίαν καὶ τῆς πόλεως, καὶ τοῦ γενέσθαι Κηφισοῦ θυγατέρα.

1.

Τὰς χάριτας ὅστις εὐγενῶς χαρίζεται,
ἥδιον ἐν βροτοῖσιν· οἳ δὲ δρῶσι μὴ,
χρόνῳ δὲ δρῶσ', εἰ δρῶσι, δυσγενέστερον.
ἐγὼ δὲ δώσω τὴν ἐμὴν παῖδα κτανεῖν·
λογίζομαι δὲ πολλά. πρῶτα μὲν πόλιν
οὐκ ἦν τιν' ἄλλην τῇσδε βελτίω λαβεῖν,
ἣ πρῶτα μὲν λεὼς οὐκ ἐπακτὸς ἄλλοθεν,
αὐτόχθονες δ' ἔφυμεν, αἱ δ' ἄλλαι πόλεις,
πεσσῶν ὁμοίως διαφοραῖς ἐκτισμέναι,
ἄλλαι παρ' ἄλλων εἰσὶν εἰσαγώγιμοι·
ὅστις δ' ἀπ' ἄλλης πόλεος οἰκίζει πόλιν,
ἁρμὸς πονηρὸς ὥσπερ ἐν ξύλῳ παγείς,
λόγῳ πολίτης ἐσθ', οἷς δ' ἔργοισιν οὔ.
ἔπειτα τέκνα τοῦδ' ἔκατι τίκτομεν,
ὡς θεῶν τε βωμοὺς πατρίδα τε ῥυώμεθα.
πόλεως δ' ἁπάσης τοῦνομ' ἓν, πολλοὶ δέ νιν
ναίουσι· τούτους πῶς διαφθεῖραί με δεῖ,
ἐξὸν προπάντων μίαν ὑπερδοῦναι θανεῖν;
εἴπερ γὰρ ἀριθμὸν οἶδα καὶ τοὐλάσσονος
τὸ μεῖζον, οὑνὸς οἶκος οὐ πλεῖον σθένει
παίσας ἁπάσης πόλεος, οὐδ' ἴσον φέρει.
εἰ δ' ἦν ἐν οἴκοις ἀντὶ θηλέων στάχυς
ἄρσην, πόλιν δὲ πολεμία κατεῖχε φλόξ,
οὐκ ἄν νιν ἐξέπεμπον εἰς μάχην δορός,

*) Tiresiam id vaticinatum esse tradit E. Phoeniss. 801. (855.) belli hujus meminit Thuc. II, 15.

Digitized by Google

θάνατον προταρβοῦσ'; ἀλλ' ἐμοί γ' εἴη τέκνα,
ἃ καὶ μάχοιτο, καὶ μετ' ἀνδράσιν πρέποι,
μὴ σχῆμα τ' ἄλλως ἐν πόλει πεφυκότα.
τὰ μητέρων δὲ δάκρυ' ὅταν πέμπῃ τέκνα,
πολλοὺς ἐθήλυν' εἰς μάχην ὁρμωμένους.
μισῶ γυναῖκας, αἵτινες πρὸ τοῦ καλοῦ
ζῆν παῖδας εἵλοντ', ὡς παρῆνεσαν κακά.
καὶ μὴν θανόντες γ' ἐν μάχῃ πολλῶν μέτα,
τύμβον τε κοινὸν ἔλαχον εὔκλειάν τ' ἴσην,
τιμῇ δὲ παιδὶ στέφανος εἷς μιᾶ μόνῃ.
πόλεως θανούσῃ τῇσδ' ὕπερ, δοθήσεται,
καὶ τὴν τεκοῦσαν, καὶ σὲ (Erechtheum dicit, quicum colloquitur), δύο δ' ὁμοσπόρω,
σώσει. τί τούτων οὐχὶ δέξασθαι καλόν;
τὴν οὐκ ἐμὴν μὲν πλὴν φύσει δώσω κόρην
θῦσαι πρὸ γαίας. εἰ γὰρ αἱρεθήσεται
πόλις, τί παίδων τῶν ἐμῶν μέτεστί μοι;
οὐκοῦν ἅπαντα γοῦν ἐμοὶ σωθήσεται
ἢ ῎ρξουσιν ἄλλοις, τήνδε γ' εἰ σώσω πόλιν,
ἐκεῖνο δ', οὗ τὸ πλεῖστον ἐν κοινῷ μέρος.
οὐκ ἔσθ' ἑκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἀνὴρ,
προγόνων παλαιὰ θέσμι' ὅστις ἐκβαλεῖ,
οὐδ' ἀντ' ἐλάας χρυσέας τε Γοργόνος
τριαιναν ὀρθὴν στᾶσαν ἐν πόλεως βάθροις
Εὔμολπος οὐδὲ Θρᾷξ ἀναστέψει λεὼς
στεφάνοισι, Παλλὰς δ' οὐδαμοῦ τιμήσεται.
χρῆσθ', ὦ πολῖται, τοῖς ἐμοῖς λογεύμασι,
σώζεσθε, νικᾶτ'· ἀντὶ γὰρ ψυχῆς μιᾶς
οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ τήνδ' ἐγὼ σώσω πόλιν.
ὦ πατρὶς, εἴθε πάντες οἳ ναίουσι σὲ
οὕτω φιλοῖεν, ὡς ἐγώ! καὶ ῥᾳδίως
οἰκοῖμεν ἂν σὲ, κοὐδὲν ἂν πάσχοις κακόν.

Libri v. 1. et 2. οἳ δὲ δρῶσι μὲν, χρ. δὲ δρῶσι, δυσγ., mendoso quidem τῷ μὲν, et hiante altero versu. μὴ, saepe cum μὲν particula confusum, poscit sententia, alias imperfecta futura, siquidem non omnes aliis gratificantur, sed vel debita recusant dare. verba εἰ δρ., non minus apta orationi, quam facile negligi potuerint, quivis videt. δυσγενέστεροι non male Scaliger., Grot. Excerpt. p. 363., Barnes., Taylor., Reisk., H. in nota Ms. apud Matth. 6. nihil verisimilius quam ἦν forte abiisse in ἂν vulgatum. 18. recte Meinek. in Ephemer. inscriptis „Zeitschr. f. d. Alt.“, a. 1844., I, 12., p. 14. προπώντων. codd. tautologice πρὸ πάντων. 20. idem ibidem οὐνὸς, i. e. ὁ ἑνὸς, pro ἑνός. 24. libri μὶν contra usum Tragicorum. 31. legitur nullis numeris ξ. π. εἵλοντο καὶ παρ. κ. aut hic, aut nusquam καὶ mutandum fuit in ὡς, quae passim confusae sunt particulae. 34. ita Tyrwhitt.

Digitized by Google

apud Schaefer. Mel. crit. p. 19. vulgo *στέφ. ἡ μία μόνη Π. θανοῦσα.* 38. codd. non habent *μὲν*, quod et sententiae aptum sensu *τοῦ γὲ*, versui autem necessarium est. 41. 42. libri corrupte: — *σωθήσεται· ἄρξουσιν ἄλλοι·* (,) *τήνδ' ἐγὼ σώσω π.* jam in *ἤ* intelligendum est *μᾶλλον*, potius. *ἄλλοις*, Eumolpo et Thracibus. 44. *ἀνήρ.* codd. *ἄτερ*, *ν* et *τ* confusis, ut alias. Valck. ad Phoeniss. 1022. *ἄνερ*, quod friget. 46. *ἀντ' ἐλάας* feliciter Dobraeus ad Aristoph. Plut. 586. pro *ἂν τελείας*, de *ἐλάᾳ* et *τριαίνῃ* in acropoli Athenarum evolvi jubens Meurs. Cecrop. 18.—22. et quos ibi auctores laudat, in quibus Hegesiam Strab. IX. p. 396. (607. Almel.) 48. libri *ἀναστρέψει.* correxit Musgr. 54. iidem *καί γε ῥᾳδίως*, quod initio fuerit *καὶ γὰρ ῥᾳδίως*, immisso glossemate. Ceterum hic extra ordinem posuimus hoc fragmentum, ne distrahenda essent Lycurgi verba. v. fr. 7.

De Eumolpo Apollodorus III, 15, 4. *Χιόνη δὲ* (Boreae filia) *Ποσειδῶνι μίγνυται· ἡ δὲ κρύφα τοῦ πατρὸς Εὔμολπον τεκοῦσα, ἵνα μὴ γένηται καταφανὲς, εἰς τὸν βυθὸν ῥίπτει τὸ παιδίον, Ποσειδῶν δὲ ἀνελόμενος εἰς Αἰθιοπίαν κομίζει, καὶ δίδωσι Βενθεσικύμῃ τρέφειν αὐτοῦ θυγατρὶ καὶ Ἀμφιτρίτῃ. ὡς δὲ ἐτελειώθη ἔνδον ἐν Βενθεσικύμης, ὁ ἀνὴρ τὴν ἑτέραν αὐτῷ τῶν θυγατέρων δίδωσιν· ὁ δὲ καὶ τὴν ἀδελφὴν τῆς γαμηθείσης ἐπεχείρησε βιάζεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο φυγαδευθεὶς μετὰ Ἰσμάρου τοῦ παιδὸς πρὸς Τεγύριον ἦκε, Θρᾳκῶν βασιλέα, ὃς αὐτοῦ τῷ παιδὶ τὴν θυγατέρα συνῴκισεν. ἐπιβουλεύων δὲ ὕστερον Τεγυρίῳ καταφανὴς γίνεται, καὶ πρὸς Ἐλευσινίους φεύγει, καὶ φιλίαν ποιεῖται πρὸς αὐτούς. αὖθις δὲ, Ἰσμάρου τελευτήσαντος, μεταπεμφθεὶς ὑπὸ Τεγυρίου παραγίνεται, καὶ τὴν πρωτοῦ μάχην διαλυσάμενος τὴν βασιλείαν παρέλαβε. καὶ πολέμου ἐνστάντος πρὸς Ἀθηναίους τοῖς Ἐλευσινίοις, ἐπικληθεὶς ὑπὸ Ἐλευσινίων, μετὰ πολλῆς συνεμάχει Θρακῶν δυνάμεως. Ἐρεχθεῖ δὲ ὑπὲρ Ἀθηναίων νίκης χρωμένῳ ἔχρησεν ὁ θεὸς κατορθώσειν τὸν πόλεμον, ἐὰν μίαν τῶν θυγατέρων σφάξῃ. καὶ σφάξαντος αὐτοῦ τὴν νεωτάτην *) καὶ αἱ λοιπαὶ ἑαυτὰς κατέσφαξαν· ἐπεποίηντο γὰρ, ὡς ἔφασάν τινες, συνωμοσίαν ἀλλήλαις συναπολέσθαι **). γενομένης δὲ μετὰ*

---

*) *τὴν πρεσβυτάτην* fuisse dicit Demaratus apud Stobaeum XXXIX, 33., et Proserpinae immolatam apud Clementem Alex. p. 12, 38. (*Ἐρεχθεὺς δὲ ὁ Ἀττικὸς καὶ Μάριος ὁ Ῥωμαῖος τὰς αὐτῶν ἐθυσάτην θυγατέρας, ὧν ὁ μὲν τῇ Φερρεφάττῃ, ὡς Δημάρατος ἐν πρώτῃ Τραγῳδουμένων, ὁ δὲ τοῖς Ἀποτροπαίοις* [Averruncis].)

**) Ipsum Erechtheum omnes sacrificasse dicit E. Ione, 239. propterea, quod unam occidendo ceteris manus sibi afferendi auctor fuit. Item Demosthenes Epitaphio p. 1397. ed. Reisk.: *Ἅπαντες ἴσασιν Ἐρεχθεῖδαι, τὸν ἐπώνυμον αὐτῶν Ἐρεχθέα ἕνεκα τοῦ σῶσαι τὴν χώραν τὰς αὐτοῦ παῖδας, ἃς Ταιναρίδας καλοῦσιν, εἰς προῦπτον θάνατον δόντα ἐναλῶσαι.* Hyacinthidas cognominatus esse filias Erechthei, quod in colle (*πάγῳ*) Hyacintho immolatae fuerint, narrat Phanodemus apud Suidam

Digitized by Google

σφαγὴν τῆς μάχης Ἐρεχθεὺς μὲν ἀνεῖλεν Εὔμολπον, Ποσειδῶνος δὲ καὶ τὸν Ἐρεχθέα [καὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ]*) καταλύσαντος Κέκροψ (II.) ὁ πρεσβύτατος τῶν Ἐρεχθέως παίδων ἐβασίλευσεν, ὃς, γήμας Μητάδουσαν τὴν Εὐπαλάμου παῖδα, ἐτέκνωσε Πανδίονα.

Haec fere exposita fuerint in prologo fabulae, quem Er. videtur egisse. eo referenda sunt fragmenta 2. et quae sequuntur usque ad 6.

2.

Clemens. Alex. Strom. VI. p. 619, d.

— Ἐν ἀστρώτῳ πέδῳ
εὕδουσι, πηγαῖς δ' οὐχ ὑδραίνουσιν πόδας.

Sellos dicit, sacerdotes oraculi Dodonaei, Graecorum antiquissimi. id item consuluisse videtur rex sollicitus de bello, quod Persico non levius fuisse ait Isocrates Paneg. §. 19. de Sellis v. cum aliis, tum Homerum Il. π', 234., ejusque interpretes.

3.

Append. Stobaei Vaticani II, 67., p. 292. Μίασμα δρυός. παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἐρεχθεῖ αἰνιττόμενον τὸ Θηβαῖον παρανόμημα εἰς τὸ ἐν Δωδώνῃ μαντεῖον. — ἠσέβησαν γὰρ εἰς τὴν ἱέρειαν, εἰσβαλόντες αὐτὴν εἰς τὸν ἐν Δωδώνῃ λέβητα ζῶντα, ἐρωτικῶς διατεθεῖσαν εἰς ἕνα τῶν θεωρῶν.

4.

Hesych. Ζεῦγος τριπάρθενον. Ε. Ἐρεχθεῖ. „Tres Erechthei filias designari censeo, quanquam 4 commemorat Lycurgus (item Hyginus fab. 46.), 6 Suidas v. Παρθένοι e Phanodemo. sed Theon schol. in Arat. 169., ubi Hyadas tres commemorari ab Euripide dixit, paulo post: Ε. μὲν οὖν ἐν Ἐρεχθεῖ τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας Ὑάδας φησὶ γενέσθαι τρεῖς οὔσας." Matth. Potuit Erechtheus dicere Ζεῦγος θυγατέρων ἔστι μοι τριπάρθενον.

5.

Stephan. Byz. v. Αἰθίοψ.

Αἰθιοπίαν νιν ἐξέσωσ' ἐπὶ χθόνα.

Ita Dind., Bergk. apud W. p. 1598., Hartung. E. restit. p. 465. codd. pravis numeris ἐξέσωσας. de re v. Apollod. l. c.

---

v. Παρθένοι: sed aliter, monente W., Apollod. III, 15, 8., Hygin. 238., Harpocrat. h. v., Diod. XVII, 15. cf. Euripidis interpp. ad Ionem l. c. Ceterum notus est honor divinus, quo Athenienses coluerunt Erechtheum ejusque filias, Παρθένους dictas κατ' ἐξοχήν ad modum Minervae. v. Cic. de N. D. III, 19, 49.

*) Verba spuria: successit enim in regnum Erechtheo filius Cecrops, et huic Pandion alter ejus nominis.

Digitized by Google

6.

Plutarch. II. p. 809, d.

Φιλῶ τέκν', ἀλλὰ πατρὸδ' ἐμὴν μᾶλλον φιλῶ.

Probabiliter haec hujus fabulae fragmentis annumerat Porson. Advers. p. 256. (226.) Malim autem, ne *τέκνα* lateat in thesi, *Φιλότεκνος* (scil. *εἰμὶ*), *ἀλλὰ* etc.

7.

Idem (?) ibidem p. 310, d. *Ἐρεχθεὺς πρὸς Εὔμολπον πολεμῶν ἔμαθε νικῆσαι, ἐὰν τὴν θυγατέρα προθύσῃ, καὶ συγκοινωνήσας τῇ γυναικὶ Πραξιθέᾳ προέθυσε τὴν παῖδα. μέμνηται Ε. ἐν Ἐρεχθεῖ.*

Ejus colloquii regis cum uxore consentiente nihil superest praeter aliquot versus apud Plutarchum, vulgo dictum, II, p. 604, d, e, ubi sic loquitur ille, quisquis est: *Τίς γὰρ εἴρηκε τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος ἐγκώμιον τοιοῦτον, οἷον Ε.;*

Ἥι πρῶτα μὲν λεὼς οὐκ ἐπακτὸς ἄλλοθεν,
αὐτόχθονες δ' ἔφυμεν· αἱ δ' ἄλλαι πόλεις,
πεσσῶν ὁμοίως διαφορηθεῖσαι βολαῖς,
ἄλλαι παρ' ἄλλων εἰσὶν ἐξαγώγιμοι.

Sola relicta uxor videtur dixisse illa, quae 1. loco posuimus.

E colloquio Erechthei cum filia, nesciente, quid rerum gerat.

8.

Εἰ δ' ἂν πάρεργόν χρή τι κομπάσαι, γύναι,
οὐρανὸν ὑπὲρ γῆς ἔχομεν εὖ κεκραμένον,
ἵν' οὔτ' ἄγαν πῦρ, οὔτε χεῖμα συμπιτνεῖ·
ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσία τ' ἐκτρέφει κάλλιστα γῆς,
τὰ δέλεαρ ἂν γ' ἔχοντα συνθηρεύομεν.

horum versiculorum 4. malim *εἰσαγ.*, ut apud Lycurgum fr. 1. v. 5. libri *Εἰ δὲ παρ.*, ubi Musgrav. metro succurrens *Εἰ δ' ἐς πάρ.* idem 6. recte *κεκραμ.* pro *συγκεκραμένον*, in quo *συγ* natum videatur ex *εν*, quod antecedit. v. 8. et 9., item corrupto metro et obscura sententia, legitur

ἃ δ' Ἑ. Ἀ. τε τρέφει κάλλιστα
τῆς γε δέλ. ἔχοντες συνθ.

γῆς forte abiit in *τῆς*, cui simile *τὰ*, i. e. *ταῦτα*, facile interciderit. Annotavit Matth., verbi *Εἰ δὲ — συνθηρεύομεν* nonnisi post Lycurgi tempora addi potuisse, ex interpolatione, ut conjicias, histrionum, cujus generis multa exempla collegisse Boeckhium libro de Tragicis graecis.

9.

Suidas. *Ἀνάστατοι: πλακούντων εἶδος. — αἱ δὲ σελῆναι πέμματά εἰσι πλατέα κυκλοτερῆ· πέλανοι δὲ τὰ εἰς θεοὺς πέμματα. — καὶ ἐν Ἐρεχθεῖ τὰς σελήνας πελάνους εἴρηκεν Ε.*

Καὶ ποῖ πολὺν γὰρ πέλανον ἐκπέμπεις δόμων,
φράσον, σελήνας τάσδε πυρίμου χλόης.

Digitized by Google

eadem habet Suid. v. σελῆναι, ubi itidem, ut hic, legitur *Καί μοι*, μ et π litteris inter se permutatis, imperfecta quidem sententia. Toup. Emend. Suid. I. p. 53.: „Rogat virgo, fati sui nescia, quo iste tantus apparatus (sacrificii). Dic mihi, inquit ad patrem, quo has placentas es missurus? nam video te plurimas mittere."

10.

Suid. *Βοῦς ἕβδομος: πέμματα κέρατα ἔχοντα κατὰ μίμησιν τῆς πρωτοφανῆς σελήνης. ἐκάλουν δὲ αὐτὸν βοῦν, προστιθέντες καὶ τὸ ἕβδομον, ἐπεὶ ἐπὶ ἓξ ταῖς σελήναις ἐπεδύετο οὗτος ἕβδομος. ὁμοίως δὲ αἱ σελῆναι πέμματα πλατέα κυκλοτερῆ, καὶ οὕτως ἐκάλουν. ἔστι δὲ παρὰ Εὐριπίδῃ ἐν Ἐρεχθεῖ, καὶ παρ' Ἀχαίῳ ἐν Ἰριδι.* Videntur haec pertinuisse ad superiora hoc modo: — *χλόης, Βοῦν ἕβδομον δέ.*

Filiam Er. immolaturus in publicum prodire jubet, dubitante illa, idne fieri liceat per pudorem. cui pater

11.

Clemens Alex. Strom. VI, p. 621, b.

Αἰδοῦς δὲ καὐτὸς δύσκριτως ἔχω πέρι·
καὶ δεῖ γὰρ αὐτῆς, κἄστιν οὐ κακὸν μέγα.

vult enim sacra ea facere pro exercitu, sicut fit in Hecuba et Iphigenia Aulidensi.

Erechthei verba ad exercitum.

12.

Stob. 52. p. 360.

Οὐδεὶς στρατεύσας ἄδικα σῶς ἦλθεν πάλιν.

13.

———

Ὡς σὺν θεοῖσι τοὺς σοφοὺς κινεῖν δόρυ
στρατηλάτας χρή, τῶν θεῶν δὲ μὴ βίᾳ.

14.

———

Μισῶ δ', ὅταν τις καὶ χθονὸς στρατηλάτης
μὴ πᾶσι πάντων προσφέρῃ μειλίγματα.

Ducis officium dicit esse, ut omnibus omnium incommodis afferat remedia, ne suis quidem rebus parcens.

15.

Stob. 49. p. 355.

Ὀλίγους ἐπαινῶ μᾶλλον ἢ πολλοὺς κακούς.

„Imbellium agmen sperno pro paucis bonis. (Grot.) *Ὀλίγους* nimirum *ἀγαθούς*, omisso vocabulo, quod in opposito latet." Matth.

Digitized by Google

16.

Idem 57. p. 378.

Ναῦς εἰ μεγίστη, κρεῖσσον ἢ μικρὸν σκάφος.

Putide libri *N. ἡ μ. κρ. ἢ μ. σκ.*, quod negligenter vertit Grot. Quaerenda navis magna prae tenui scapha. imo Quamvis ingentem navem superet lembulus. *εἰ* valet *εἰ καὶ*, ut Odyss. *β'*, 251. et alias. comparat Er. Thracum exercitum navi maximae, atticum lembo seu scaphae.

17.

Idem 29. p. 199.

Ἐκ τῶν πόνων τοι τἀγάθ' αὔξεται βροτοῖς·
ὁ δ' ἡδὺς αἰὼν ἡ κακή τ' ἀτολμία
οὔτ' οἶκον, οὔτε βίοτον, οὐδὲν ὠφελεῖ.

18.

Id. 120. p. 609.

— Ἐγὼ δὲ τοὺς καλῶς τεθνηκότας
ξῦν φημι μᾶλλον τοῦ βλέπειν τοὺς μὴ καλῶς.

Graviter affecta. proposuerim hoc — *μᾶλλόν γ' ἢ βλέποντα μὴ καλῶς*, vel potius hoc, quod illo fortius: — *ξ. φημί γ', ἀλλ' οὐ τὸν βλέποντα μὴ κ.* videntur confusa *γ* et *μ*, ut Odyss. *τ'*, 183, Soph. Oed. Col. 844. non ita raro confusa *γ* et *τ*, *η* et *ου*. videntur autem librarii scripsisse *βλέποντας* (ex quo nata *βλέπειν τοὺς*), ut *τεθνηκότας*.

19.

Id. 92. p. 512.

Τὰς οὐσίας γὰρ μᾶλλον ἢ τὰς ἁρπαγὰς
τιμᾶν δίκαιον· οὔτι γὰρ πλοῦτός ποτε
βέβαιος ἄδικος.

libri *οὔτε*. tueri potius bello jubet, quae quis possidet, quam rapere aliena: neque enim in longum durare injustas divitias.

Letali vulnere accepto sive ab hoste aliquo, sive a Neptuno, ut narrat Apollodorus *), Athenas reportatur Er. et supremo alloquitur filium Cecropem **), praecepta ei dans vivendi.

---

*) Hyginus fab. 46.: Ipse Erechtheus ab Jove, Neptuni rogatu, fulmine est ictus.

**) W. D. griech. Trag., III. Abth. S. 1594.: „Zu verschiedenen Zwecken führt E. gern Kinder vor; im Telephos reisst Dieser den Orest aus der Wiege, in der Andromache ergreift Menelaos mit Hermione deren Söhnchen, in der Iphigenia in Aulis kommt der kleine Orestes vor, in den Schutzflehenden singen die 7 Mütter ein Wechsellied mit ihren Knaben, in der Alkestis bejammert Eumelos den Tod seiner Mutter, in der Philosophin Melanippe kommen 2 Säuglinge vor.“ et ibidem II. Abth. S. 694. de Alcmene Eurip.: „War der Inhalt des Stücks, dass Alkmene dem Rhadamanthys, der als Flüchtling unerkannt, oder vielleicht als ein

Digitized by Google

20.

Stob. 3. p. 36.

Ὀρθῶς μ' ἐπήρου, βούλομαι δέ σοι, τέκνον,
(φρονεῖς γὰρ ἤδη κἀποσώσαι' ἂν πατρὸς
γνώμας φράσαντος, ἣν θάνω,) παραινέσαι
κειμήλι' ἐσθλὰ καὶ νέοισι χρήσιμα·
βραχεῖ δὲ μύθῳ πολλὰ συλλαβὼν ἐρῶ.
Πρῶτον φρένας μὲν ἡπίους ἔχειν χρεών,
τῷ πλουσίῳ τε μὴ διδοὺς μεῖζον μέρος
ἴσον σεαυτὸν εὐσεβεῖν πᾶσιν δίδου.
δυοῖν παρόντοιν πραγμάτοιν πρὸς θάτερον,
γνώμην προσάπτειν τὴν ἐναντίαν μέσοις.
ἀδίκως δὲ μὴ κτῶ κτήματ', ἢν βούλῃ πολὺν
χρόνον μελάθροις ἐμμένειν· τὰ γὰρ κακῶς
οἴκους ἐσέλθοντ' οὐκ ἔχει σωτηρίαν.
ἔχειν δὲ πειρῶ· τοῦτο γὰρ τό τ' εὐγενὲς
καὶ τοὺς γάμους δίδωσι τοὺς πρώτους ἔχειν,
ἐν τῷ πένεσθαι δ' ἐστὶν ἥ τ' ἀδοξία,
κἂν ᾖ σοφός τις, ἥ τ' ἀτιμία βίου.
φίλους δὲ τοὺς μὲν μὴ χαλῶντας ἐν λόγοις
κέκτησο, τοὺς δὲ πρὸς χάριν σὺν ἡδονῇ
τῇ σῇ πονηροὺς κλεῖθρον εἱργέτω στέγης,
ὁμιλίας τε τὰς γεραιτέρας φίλει,
ἀκόλαστα δ' ἤθη, λαμπρὰ συγγελᾶν μόνον,
μίσει· βραχεῖα τέρψις ἡδονῆς κακῆς.
ἐξουσίᾳ δὲ μήποτ' ἐντυχὼν, τέκνον,
αἰσχροὺς ἔρωτας δημοτῶν διωκάθειν,
ὃ καὶ σίδηρον ἀγχόνας τ' ἐφέλκεται,
χρηστῶν πενήτων ἢν τις αἰσχύνῃ τέκνα.
καὶ τοὺς πονηροὺς μήποτ' αὐξάνειν πόλει·
κακοῦ γὰρ ἐμπλησθέντες ἂν νομίσματος,
ἢ πόλεος ἐμπεσόντες εἰς ἀρχήν τινα,
σκιρτῶσιν, ἀδόκητ' εὐτυχησάντων δόμων.
Ἀλλ', ὦ τέκνον, δός μοι χέρ', ὡς θίγῃ πατήρ,
καὶ χαῖρ'! ὑπ' αἰδοῦς δ' οὐ λίαν ἀσπάζομαι·
γυναικόφρων γὰρ θυμὸς ἀνδρὸς οὐ σοφοῦ.

Versu 10. Ms. Voss., et Paris. recentior προσάπτειν. vulgo προσάπτων. deinde libri (ex v. 23., opinor) μίσει, metro corrupto. μέσοις, mediis, qui sunt neutrius partis seu factionis in republica.

---

fälschlich Beschuldigter, zuerst auftrat, dann als der Sohn des Zeus u. der ruhmvolle Gesetzgeber sich erwies, ihre Hand gab, so musste nothwendig (?) auch der Knabe Herakles, auf dessen Erziehung der Mythus diese Verbindung eigentlich berechnet haben möchte, auf der Bühne erscheinen." poterat etiam commemorare Polydorum Hecuba, Medeae filios, Herculis in Heraclidis et Hercule furente. nec tamen haec omnia confinxit E., sed in nonnullis veterem famam secutus est.

Digitized by Google

Gellius N. A. II, 12. „In legibus Solonis — legem esse Aristoteles refert scriptam ad hanc sententiam: Si ob discordiam dissensionemque seditio atque discessio populi in duas partes fieret et ob eam causam irritatis animis utrimque arma caperentur, pugnaretur-que, (malim metu soloecismi „fiet, capientur, pugnabiturque") tum qui in eo tempore in eoque casu civilis discordiae non alterutrae parti sese adjunxerit, sed solitarius separatusque a communi malo civitatis secesserit, is domo, patria, fortunisque omnibus careto, exul extorrisque esto." cf. Plut. Solone, pag. 89, a, G. G. S. Köpke libro Nitschiano de Antiquitatibus graecis germanice scripto, vol. 4. p. 555. et sequ. Post 17. potest ut forte exciderint illa apud Stobaeum 74. p. 451.

21.

Θετῶν δὲ παίδων ποῦ κράτος; τὰ φύντα γὰρ
κρείσσω νομίζειν τῶν δοκημάτων χρεών.

quibus verbis Er., postquam opibus illustres nuptias conciliari dixit, deterruisse filium videtur a coelibatu, quem si forte quibusvis nuptiis praetulisset Cecrops, nimirum adoptandi fuissent liberi, quos infirmos rex putat prae naturalibus. „*δοκήματα* sunt *οἱ δοκοῦντες*, ut *παιδεύματα οἱ παιδευθέντες*." Matth. 25. v. de hac re Köpke l. c. cap. 22, 10. 28. *καὶ τοὺς π.* vereor ne E. dixerit *κἀστοὺς π.*, sicut *φίλους πονηροὺς* 20. ibidem cum *αὔξειν ἐν πόλει* legatur apud Stob. 40., videndum an praestet scribi *αὔξαν' ἐν π.*: nam *αὔξειν* quidem evertit metrum tragicum. 29. haec vulgantur vix graeca: *κακοὶ γ. ἐ. ἢ νομ. κακοῦ νομίσματος*, male partae pecuniae. 32. vulgo: *μοι δὸς χ.*, priore loco posito pronomine enclitico, quod nefas.

Matrem amare et Cecropem et ceteros jubet liberos his verbis

22.

Stob. 77. p. 454.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν μητρὸς ἥδιον τέκνοις·
ἐρᾶτε μητρός, παῖδες, ὡς οὐκ ἔστ' ἔρως
τοιοῦτος ἄλλος, οἷος αἰδοίων ἐρᾶν.

Vitiose libri *οἷος ἡδίων ἐρᾶν. αἰδοίων*, venerabilium seu pie colendorum hominum, parentum, cognatorum, civium et patriae. eum amorem vulgari praeferendum ducit rex sapiens.

Chori vox tranquillam senectutem optantis post feliciter gesta bella.

23.

Idem 53. p. 367.

Ἀρκείσθω δόρυ μοι μίτον ἀμφιπλέκειν ἀράχνας, dactyl. hexam. log.

μετὰ δ' ἡσυχίας anap.

πολιῷ γήρᾳ συνοικοίην, spond. dim.

Digitized by Google

ἀείδοιμι δὲ στεφάνοισιν κάρα στεφανώσας, priap. polysch.
Θρηίκιον πέλταν πρὸς Ἀθήνας dact. tetr.
περικίοσιν ἀγκρεμάσας θαλάμοις, anap. dim.
δέλτων τ' ἀναπτύσσοιμι γῆρυν, i. d. h.
ἃν σοφοὶ κλέωνται. ithyph.

Versu 1. ἀρκείσθω habent Paris. A. et Arsen.; Vossianus liber σθω ἀρκείτω. Stob. Gesner. Ἀρκείτω μοι μίτον ἀμφ. ἀράχνα. Valck. Diatr. p. 168.

Κείσθω δόρυ μοι μίτον ἀμφιπλέκειν
ἀράχναις,

cum apud Plutarchum Nicia, t. I, p. 529, a, legisset Ἐκόθουν (dicit Athenienses post pugnam ad Amphipolin, quae pugna commissa est Olymp. 105, 2., ante Chr. nat. 359.) τὸν — ἀπόλεμον βίον, ἡδέως μὲν ἀδόντων τὰ τοιαῦτα χορῶν ἀκούοντες Κείσθω δόρυ μοι μίτον ἀμφιπλέκειν ἀράχναις. quod certatim arripuerunt viri docti, quamvis haud raro memoria falsus sit Plut., optimeque habeat ἀρκείσθω, sufficiat, „satis mihi sit hastae telam circumtexere araneas," quae est imago frequentata pacis et quietis. ἀράχναις ne apud Plutarchum quidem vitio carere puto, sed ibi quoque reposuerim ἀράχνας, cui vicinius ἀράχνα quam ἀράχναις. certe hoc difficile explicatu est. 4. codd. στεφάνοις κάρα πολιὸν στεφανώσας, quod miror propagari, cum superiore versu legatur πολιῷ γήρᾳ: neque enim adeo inelegantem novi Euripidem. denique 8. libri ἂν σοφοὶ κλέωνται. Gaisford. et alii ἂν σ. κλέονται, quo sane opus esset, si ἄν dixisset E. at quis ferat unicum hunc Dorismum, vel propterea reponat ἀσυχίας, Θρᾴκιον, Ἀθάνας, γᾶρυν? Imo ἄν, i. e. ἤν sive ἐὰν (v. H. ad Viger. §. 291.), scribendum esse intellexi, cui aptum est κλέωνται, scil. αὐτὴν, τὴν γῆρυν. Chorus jam legere in otio pacis cupit libros, quos viri sapientes probaverint.

24.

Etymol. M. p. 153, 31. Ἀσιᾶτις. „Ἀσιάδος κρούματα," τῆς κιθάρας. οὕτως Ἀριστοφάνης (Thesm. 119, 20.) εἶπε, παρῳδῶν τὸ ἐξ Ἐρεχθέως Εὐριπίδου. ἡ τρίχορδος κιθάρα οὕτω καλεῖται.

25.

Schol. Aristoph. Lys. 1059. (1131.) „Ὀλυμπίασιν, ἐν Πύλαις, Πυθοῖ, ποσούς:" Ὅλος ὁ ἴαμβος λέλεκται ἐξ Ἐρεχθέως.

De tempore, quo primum acta est haec tragoedia, Meinek. in Ephemerid. Marburg. (Zeitschr. f. d. Alterth. a. 1843. II, 24.) ita sentit, id ut non serius fuisse contendat Olympiadis 92. anno 2. propterea, quod eo spectat Comicus in Thesmophoriazusis et Lysi-

Digitized by Google

strata, quae acta est archonte Callia, Ol. 92, 1., ante Chr. nat. 412., quo anno Comicum etiam Thesmophoriazusas docuisse censet Palmerius.

XIX. ΕΥΡΥΣΘΕΥΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

In hoc dramate Herculis descensum ad Inferos tractatum fuisse satis apparet, nec male Hartungus, fragmento quodam ex incertis usus, Cerberum apportatum ab eo putat. Prologum, in enarrandis heroïs laboribus versatum, vel Satyrus aliquis videtur egisse, vel ipse Hercules, ab Hesperidibus reversus. (fr. 1.—4.) qua de re certior factus Eurystheus Copreum praeconem ad eum miserit juratum ne, quam ab se metuatur, indicet Herculi. Igitur ad hunc praeco perfert jussum domini de adeundis Inferis Cerberoque adducendo. quo jusso crudelissimo iratus Hercules ipsum Eurystheum convenit invitum expostulans et accusans, mox tamen ad se rediens, contemto summo periculo, eum quoque laborem subit, brevique feliciter exantlat, incredulo tyranno, ubi senex quidam reditum nuntiat heroïs, suem, vel lyncem, ut ei visum est, apportantis. Tum ipse denuo Hercules inductus vulnera sua, a Cerbero *) inflicta, curat, deinde vino et laetitiae indulget cum Satyris.

1.

Stob. 96. p. 531.

Οὐκ οἶδ', ὅτῳ χρὴ κανόνι τὰς βροτῶν τύχας
ὀρθῶς ἀθρήσαντ' εἰδέναι τὸ δραστέον.

2.

Idem 75. p. 452.

Μάτην δὲ θνητοὶ τοὺς νόθους φεύγουσ' ἄρα
παῖδας φυτεύειν· ὃς γὰρ ἂν χρηστὸς φύῃ,
οὐ τοὔνομ' αὐτοῦ τὴν φύσιν διαφθερεῖ.

3.

Idem 90. p. 505.

Νῦν δ', ἤν τις οἴκων πλουσίαν ἔχῃ φάτνην,
πρῶτος γέγραπται τῶν κακιόνων κρατεῖ,
τὰ δ' ἔργ' ἐλάσσω χρημάτων νομίζομεν.

---

*) Apollodorus II, 5, 12, §. 8. de Hercule apud Plutonem: *Αἰτοῦντος δὲ αὐτοῦ Πλούτωνα τὸν Κέρβερον, ἐπέταξεν ὁ Πλούτων ἄγειν χωρὶς ὧν εἶχεν ὅπλων κρατοῦντα. ὁ δὲ εὑρὼν αὐτὸν ἐπὶ ταῖς πύλαις τοῦ Ἀχέροντος τῷ τε θώρακι συμπεφραγμένον καὶ τῇ λεοντῇ συσκεπασθεὶς, καὶ περιβαλὼν τῇ κεφαλῇ* (imo ταῖς κεφαλαῖς, v. ibidem §. 1.) *τὰς χεῖρας, οὐκ ἀπῆκε, καίπερ δακνόμενος ὑπὸ τοῦ κατὰ τὴν οὐρὰν δράκοντος.* —

Digitized by Google

Grot.: „Nunc qui domum habitat divite instructam penu, Summis adaequat hunc malorum factio. Habemus omnes facta post pecuniam.“

4.

Pollux X, 145. *Ὅτι δὲ καὶ τὴν σπάθην ἐπὶ τοῦ ξίφους εἰρήκασιν, εὕροις ἂν ἐν Εὐριπίδου Εὐρυσθεῖ σατυρικῷ, Πᾶς δὲ φασγάνῳ ἐξηθέριζεν ὥστε πύρινον σπάθῃ κολούων φασγάνου μελανδέτου.* „ἐξηθ. vox ex nihili, pro qua recte e Seberi Ms. Piersonus Verisim. p. 256. scripsit *ἐξεθέρισεν*, deleta voce *φασγάνῳ*, quae e glossemate ad sequ. *σπάθῃ φασγάνου* adscripto orta est. Priorem versum addito *στάχυν* explerunt, Piers. et Heath. — *πᾶς* suspectum est“ etc. Matth. Scribamus

Πᾶν δ' ἐξεθέρισεν, ὥστε πύρινον στάχυν,
σπάθῃ κολούων φασγάνου μελανδέτου.

Πᾶν, *πάντα*, omnia hydrae Lernaeae capita demetens spatha gladii nigrum manubrium habentis.

Eurystheus ad praeconem

5.

Stob. 60. p. 384.

Πιστούμενον χρηστόν τε δεῖ διάκονον
τοιοῦτον εἶναι, καὶ στέγειν τὰ δεσποτῶν.

Occultari vult metum suum Herculis, de quo metu Apollodorus II, 5, 1. *Φασὶ δὲ, ὅτι δείσας καὶ πίθον αὐτῷ χαλκοῦν εἰσκρυβῆναι ὑπὸ γῆς κατεσκεύασε.* Hoc imitatus esse videtur Diogenes Cynicus, quem dolium habitasse paulo confidentius cum alii negant, tum Bruckerus Hist. philos. t. I, p. 872. Mendose autem libri et nullis numeris priore versu *Πιστὸν μὲν οὖν εἶναι χρὴ τὸν διάκονον*, quorum verborum *εἶναι* irrepsit ex sequentibus, *τὰ* vero et *δεῖ* facile neglecta fuerint inter similia *τᾰ* et *δι-*.

Hercules Eurystheum, fortasse in dolio sedentem, objurgans

6.

Erotianus p. 366. *Τέρθρον ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τὸ ἔσχατον καὶ ἐπὶ τέλει, ὡς καὶ Ε. ἐν Εὐρυσθεῖ ποιεῖ τὸν Ἡρακλέα λέγοντα οὕτως*

Πέμπεις δ' ἐς ᾅδου ζῶντα κοὐ τεθνηκότα,
καί μοι τὸ τέρθρον δῆλον, εἰ πορεύομαι.

Libri *Πέμψεις — τεθν.*, *καί μοι — δῆλον εἰσπορεύομαι.* alienum *Πέμψεις*, nec *π* et *ψ* confusorum exempla desunt. *εἰ πορ.* Hartungus. aliorum commenta enarrare longum est.

Nuntius senex ad Eurystheum.

7.

Aelian. H. A. XIV, 6. de lynce: *Ἔοικε δὲ ἄρα τῷ θηρίῳ τούτῳ μαρτυρεῖν καὶ Ε. τὸ ἀπρόσωπον οὖν, ὅταν που λέγῃ*

Digitized by Google

Ἦκει δ' ἐπ' ὤμοις ἢ συὸς φέρων βάρος,
ἢ τὴν ἄμορφον λύγγα, δύστοκον δάκος,
ὑπὲρ ὅτου δὲ λέγει δύστοκον, τοὺς κριτικοὺς ἔρεσθαι λῷον. Probabiliter id fragm. (172. Incert. apud Matth.) huc retulit Hartungus *). certe his verbis apte responderetur illis, haud dubie Eurysthei, quae leguntur apud scholiasten Eurip. Hecub. 797. (838.) sic autem ille:

8.

Τὸν Δαίδαλόν φασι ποιεῖν ξύλωλα, καὶ μετὰ τὸ πληροῦν [αὐτὰ] ποιεῖν ταῦτα κινεῖσθαι καὶ φθέγγεσθαι. ὅτι δὲ ἐκινεῖτο, καὶ προῖει φωνὴν (?), αὐτός γε Ε. ἐν Εὐρ. λέγει,

Οὐκ ἔστιν, ὦ γεραιέ· μὴ δείσῃς τάδε.
τὰ Δαιδάλεια πάντα κινεῖσθαι δοκεῖ
βλέπειν τ' ἀγάλμαθ', ὧδ' ἀνὴρ κεῖνος σοφός.

καὶ Κρατῖνος etc. legitur αὐτός τε et βλέπει. „His Musgrav. ab Eurystheo irrideri censet senem, qui Herculem ex Inferis redeuntem ab se visum esse nuntiasset. Non repugno.“ Matth.

Hercules, remedia vulnerum requirens.

9.

Pollux X, 108. Σκεῦος δὲ μαγειρικὸν καὶ ἠθμὸς, Εὐριπίδου ἐν Εὐρ. σατυρικῷ λέγοντος

— Ἢ κύαθον, ἢ χαλκήλατον
ἠθμὸν προσίσχειν τοῖσδε τοῖς ὑπωπίοις.

κυαθον, cucurbitam chirurgorum. libri προσίσχων. infinitivus sensu imperativi usurpatus est. Ridicule heros edax simul cucurbitam et vas culinarium cibis parandis afferri jubet.

10.

Athenaeus XI, p. 498, e. Ε. δ' Εὐρυσθεῖ ἀρσενικῶς ἔφη „Σκύφος τε μακρός.“ — Matth.: „Hinc Eustath. ad Odyss. ν', 1775, 19. = 566.“ Verba comissantis.

11.

Stephan. Byz. v. Τάρταρος. — Ὁ οἰκήτωρ Ταρτάριος, καὶ διὰ τῆς εἰ διφθόγγου Ε. ἐν Εὐρ. σατ. Fortasse Cerberus a poëta appellatus est ὁ Ταρτάρειος οἰκήτωρ κύων.

XX. ΘΗΣΕΥΣ.

Argumentum tragoediae est mythus notissimus de caede Minotauri Theseique et Ariadnae amoribus ac fuga ex Creta insula.

*) Philoctetem a venatu redeuntem dici ab Ulysse in Philoctete Euripideo putat W. (D. griech. Trag., III. Abth., p. 1586.)

Digitized by Google

Hyginus fab. 42. „Theseus posteaquam Cretam venit, ab Ariadne Minoïs filia est adamatus adeo ut fratrem (Minotaurum) proderet et hospitem servaret: ea enim Theseo monstravit labyrinthi exitum. quo Theseus cum introisset et Minotaurum interfecisset, Ariadnes monitu licium revolvendo foras est egressus, eamque, quod fidem illi dederat, in conjugio secum habiturus avexit.“ Servius ad Aen. VI, 14.: „Sed tertio anno (imo „tertia vice.“ Ovidius Met. VIII, 170.: „Actaeo bis pastum sanguine monstrum Tertia sors annis domuit repetita novenis,“ *δι' ἐννέα ἐτῶν*, ut ait Plut. Thes. 15. cf. Diod. IV, 61.) Aegei filius Theseus missus est, potens tum virtute, tum forma. qui cum ab Ariadne regis filia amatus esset, Daedali consilio filio iter rexit, et necato Minotauro cum rapta Ariadne victor aufugit. Quae cum omnia factione Daedali Minos deprehendisset effecta, eum cum Icaro filio servandum in labyrinthum trusit.“ Videntur igitur Daedali partes fuisse in hoc dramate; sed etiam ipsius Minoïs, cujus verba putes illa, quae loco 4. posuimus.

Prologum Th. egisse videtur Welckero, cui assentior. eo referas fr. 1. 2. 3.

1.

Steph. Byz. v. *Εὐρώπη. λέγεται δὲ καὶ — διὰ τοῦ ι Εὐρωπία.* (sed intellecto, ut opinor, *γῆ.*) — *E. ἐν Θησεῖ*

Σχεδὸν παρ' αὐτοῖς κραςπέδοις Εὐρωπίας.

Ad Europae limbum, i. e. terminum, Cretam, se navigasse ait, ut Minotaurum interficeret.

2., 3.

Plut. Theseo cap. 15. *Τοὺς δὲ παῖδας* (Atheniensium, Minoï pro tributo missos)*) *εἰς Κρήτην κομιζομένους ὁ μὲν τραγικώτατος μῦθος ἀποφαίνει τὸν Μινώταυρον ἐν τῷ λαβυρίνθῳ*

*) De his diversa fama est apud scriptores. alii enim (Apollod. III, 15., Virg. Aen. VI, 21., Hygin. fab. 41.) tradunt, Athenienses tributum illud solvisse, Minois jussu, quotannis; alii nono quoque anno (*δι' ἐννέα ἐτῶν* Plut. Theseo, c. 15.; cf. Diod. IV, 61., Ovid. Met. VIII, 171.); rursusque alii non definito spatio (Apollod. III, 15, 8., Catull. LXIV, 76—79.). tum sunt, qui pueros tantummodo missos narrent, et quidem 7 secundum Virgilium et Hyginum l. c., 14 autem (*κόρους δὶς ἑπτὰ*) secundum Euripidem Herc. fur. 1217. (1326.); Hellanicus vero apud Plut. Thes. 17. etiam puellas in numero fuisse refert; item Apollod. l. c. (*εἰς ὃν [τὸν λαβύρινθον] κατὰ ἔτος Ἀθηναῖοι κούρους ἑπτὰ καὶ κόρας τὰς ἴσας τῷ Μινωταύρῳ βορὰν ἔπεμπον.*); et similiter Catullus l. praedicto: „(perhibent,) Electos juvenes simul et decus innuptarum Cecropiam solitam esse dapem dare Minotauro.“ Hyginus, non idem fortasse, qui fabulas conscripsit, Poët. astron. II, 5.: „Cum Theseus Cretam ad Minoa cum 7 virginibus et 6 pueris venisset“ etc. Van Staveren ad Hygini fab. 41. verba Instituit autem (Minos), ut (Athenienses) anno unoquoque septenos liberos suos Minotauro ad epulandum mitterent, „Dicitur tamen,“ inquit, „Minos eos non interfecisse, sed pro servis habuisse, ut docet Plut. Quaest. graec. t. II. p. 299.“

Digitized by Google

διαφθείρειν, ἢ πλανωμένους αὐτοὺς καὶ τυχεῖν ἐξόδου μὴ δυναμένους ἐκεῖ καταθνήσκειν, τὸν δὲ Μινώταυρον, ὥσπερ E. φησί,

Σύμμικτον εἶδος κἀποφώλιον βρέφος
γεγονέναι, καὶ
Ταύρου μεμίχθαι καὶ βροτοῦ διπλῆ φύσει.

Priore versu Plut. t. II. p. 520, c, non βρέφος, sed habet τέρας, quod aptius. Grot.: „monstrum abominabile." satius fuit dicere „contemnendum, turpe." Hesych. Ἀποφώλιος: μάταιος, ἀδόκιμος, εὐτελής. (non ἐντελής, ut legitur in lex. Schneider. h. v.) Ceterum Barnes. suasu Gatakeri Adv. miscell. p. 518, a, haec in unam orationem conjunxit.

Jam clarus Th. factis egregiis Cretam navigavit, tributo turpi liberaturus Athenienses. quod consilium libere videtur aperuisse Minoi et officiis oblatis suis postulasse ut in amicitiam ejus reciperetur, praesertim mortuo Androgeo; fortasse etiam spem Ariadnae nuptiarum significavit. Cui nequaquam ea concessit rex opibus marisque potentia superbus, filiumque Aegei, nondum conjunctis in unam civitatem pagis Atticis imbecilli, contemnens, sic respondet, puto, inter alia, non dissimulato metu viri strenui,

4.

Stob. 43. p. 302.

Ἀνὴρ γὰρ ὅστις χρημάτων μὲν ἐνδεής,
δρᾶσαι δὲ χειρὶ δυνατὸς, οὐκ ἀνέξεται,
τὰ τῶν δ' ἐχόντων χρήματ' ἁρπάζειν φιλεῖ.

Contra Th. justorum et fortium virorum consuetudinem praeferendam dicere opibus et luxuriae.

5.

Stob. 9, p. 100.

Κρεῖσσον δὲ πλούτου καὶ πολυχρύσου χλιδῆς
ἀνδρῶν δικαίων κἀγαθῶν παρουσία.

Ad Aegeum haec refert Orion VI, 1., ubi legitur — καὶ βαθυσπόρου χθονὸς — ὁμιλίαι. Et haec et illa apta sunt tragoediis, nec desunt similia repetita apud Euripidem.

Hoc responso Minos iratus Theseum in labyrinthum abduci jubet, mortem minatus. cui non commotus Th. refert ea, quae sequuntur.

6.

Plut. Consol. ad Apoll. p. 112, d, Galen. de Hippocr. et Plat. dogm. IV, 7., vol. V, p. 418. ed. Kühn. Καλῶς γὰρ ὁ παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ Θησεὺς παρεσκευάσθαι φαίνεται πρὸς τὰ τοιαῦτα. ἐκεῖνος γάρ φησιν (Galen. τοῦτο λαβὼν ὁ E. τὸ νόημα τὸν Θησέα πεποίηκε λέγοντα)

Digitized by Google

Ἐγὼ δὲ τοῦτο παρὰ σοφοῦ τινος μαθὼν
εἰς φροντίδας νοῦν συμφορᾶς τ' ἐβαλλόμην,
φυγάς τ' ἐμαυτῷ προστιθεὶς πάτρας ἐμῆς,
θανάτους τ' ἀώρους, καὶ κακῶν ἄλλας ὁδούς,
ἵν' εἴ τι πάσχοιμ' ὧν ἐδόξαζον φρενὶ,
μή μοι νεωρὲς προσπεσὸν μᾶλλον δάκοι.

V. 1. *σοφοῦ τινος.* avi Pitthei, viri prudentissimi et doctissimi, qui eum educavit Troezene. v. annot. ad Aegei fr. 3. 4. 5., p. 9. 2. *εἰς φροντ. συμφ. τε.* similiter Plut. 114, d. *τῶν ἀτρύτων ἕνεκα τούτου φροντίδων τε καὶ συμφορῶν.* annotavit Matth.

7.

Athen. X. p. 454, b. — *Ε.* *δὲ τὴν ἐν τῷ Θησεῖ τὴν ἐγγράμματον ἔοικε ποιῆσαι ῥῆσιν. βοτὴρ δ' ἐστὶν ἀγράμματος αὐτόθι δηλῶν τοὔνομα τὸ Θησέως ἐπιγεγραμμένον οὕτως*

Ἐγὼ πίφυκα γραμμάτων μὲν οὐκ ἴδρις,
μορφὰς δὲ λέξω καὶ σαφῆ τεκμήρια.
Κύκλος τις ὡς τόρνοισιν ἐκμετρούμενος·
οὗτος δ' ἔχει σημεῖον ἐν μέσῳ σαφές.
τὸ δεύτερον δὲ πρῶτα μὲν γραμμαὶ δύο·
ταύτας διείργει δ' ἐν μέσαις ἄλλη μία.
τρίτος δὲ βόστρυχός τις ὡς εἱλιγμένος.
τὸ δ' αὖ τέταρτον ἦν μὲν εἰς ὀρθὴν μία,
λοξαὶ δ' ἐπ' αὐτῆς τρεῖς κατεστηριγμέναι
εἰσὶν· τὸ πέμπτον δ' οὐκ ἐν εὐμαρεῖ φράσαι·
γραμμαὶ γάρ εἰσιν ἐκ διεστώτων δύο,
αὗται δὲ συντρέχουσιν εἰς μίαν βάσιν.
τὸ λοίσθιον δὲ τῷ τρίτῳ προσεμφερές.

In verbis Athenaei *ἐγγράμματος* idem sonat atque *ἔγγραφος*, significatque ille verbo *ἔοικε*, eum esse Euripidem, qui tale quid finxisse videatur, ingenio aptum suo. Major est quaestio de re ipsa, quae hic dicitur. W. p. 735.: „Ein Hirt wird, wie es scheint, von ihm (dem Theseus) abgerichtet, die Buchstaben des Namens (Theseus), wohl doch nur der Ariadne, die, entbrannt in Liebe, ihm ihren Beistand anbieten liess u. nach seinem Namen fragte, zu beschreiben" etc. At palam Thesei navis Cretam appulsa est, palamque is adiit Minoëm: quidni igitur nomen ejus sciverit virgo regia, ut ceteri Cretenses? Non magis proficit Hartungus Eurip. restitut. p. 548., pastorem inductum esse putans, qui, gregem pascens in littore, advenientem navem, eique inscriptum Thesei nomen, conspexerit, eaque de re nuntium attulerit Ariadnae: neque enim opus fuit homine illiterato ad significandum per ambages rem minime obscuram, sed in conspectu gestam. Igitur hoc potius excogitasse suspicor Euripidem. Amore magno Ariadne perculsa Thesei, ubi spretum eum a patre comperit, mortemque pulcherrimi juvenis instare, quem quomodo servet, nondum edocta est a Dae-

Digitized by Google

dalo, rus se abdit dolens, ibique in nemore assidens sola Thesei nomen pulveri inscribit, e proximo adspiciente pastore quodam; qui, postquam illa abiit, ad eum locum, ubi sederat, accedit, miratusque ignotas sibi litteras mox amico cuidam eruditiori ex Cretibus regiam circumstantibus in tanto discrimine rem narrat. — Quod ad verba poëtae attinet, suspectum est *ἐν μέσαις* v. 6., vereorque ne ponendum sit *ἐν μέσοις*, vel *ἐμμέτρως*, i. e. *ὀρθῶς*, apte, in ipso medio. vix enim graece dictum est *ταύτας διείργει ἐν μέσαις* pro *τ. μέσας διείργει*, ut Matthiaeo visum. Idem ad 7.: „Sic etiam Theodectes loco hinc expresso apud Athen. l. c. *σ* describit: *Τρίτον δ' ἑλικτῷ βοστρύχῳ προσεμφερές*. respiciuntur formae litterae ≶ vel Ϛ Ϛ, quarum utraque in inscriptionibus antiquis saepe reperitur, v. c. apud Boeckh. n. 160. n. 10. cf. Montfaucon. Palaeogr. gr. p. 336. sequ."

8.

Theseus ad Minotaurum.

Schol. Aristoph. Ran. 438. (476.), adhibito Choerobosco apud Bekker. Anecd. gr. p. 1290. *Ὁ τόπος οὗτος παρὰ τὰ ἐν Θησεῖ Εὐριπίδου*

Κάρα τε γάρ σου συγχεῶ κόμαις ὁμοῦ,
ῥανῶ τε πεδόσ' ἐγκέφαλον, ὀμμάτων δ' ἄπο
αἱμοσταγῆ πρηστῆρα ῥεύσονται κάτω.

Versus 2. Choeroboscus opem tulit. Schol. mendose *ῥανεῖ τε δ' ἐγκ.* et ultimo versu metro pessumdato *αἱμοσταγεῖς πρηστῆρες*. Barnes. *πρηστῆρα*. Annotavit Matth., *ῥεύσονται* nonnisi hoc loco legi.

9.

Idem Schol. ibidem 440. (478.) „*Ταρτησία μύραινα: Μύραινα δαίμων* (?) *φοβερὰ, παρὰ τὸ μύρεσθαι. παρὰ τὰ ἐν Θησεῖ Εὐριπίδου.* et paulo post: *ἔστι δὲ τὰ ἐν Θησεῖ πεποιημένα Εὐριπίδῃ. ἐκεῖ γὰρ τοιοῦτός ἐστι σπουδάζων ὁ Ε., οἷος ἐνταῦθα παίζων.* Ex hisne concludere licet versus illos Aristophanis 470. (435.) seqq. ex Euripide desumtos esse?

Τοία Στυγός σε μελανοκάρδιος πέτρα,
Ἀχερόντιός τε σκόπελος αἱματοσταγὴς,
φρουροῦσι, Κωκυτοῦ τε περίδρομοι κύνες,
Ἔχιδνά τ' ἑκατογκέφαλος, ἢ τὰ σπλάγχνα σου
διασπαράξει, πλευμόνων τ' ἀνθάψεται
Ταρτησία μύραινα· τῷ νεφρῷ δέ σοι
αὐτοῖσιν ἐντέροισιν ἡματωμένῳ
διασπάσονται Γοργόνες Τιθράσιαι,
ἐφ' ἃς ἐγὼ δρομαῖον ὁρμήσω πόδα.

Pleraque certe dictionem habent cum tragico sermone satis congruentem, si *Γοργόνας T.* excipias." Matth. V. 6 libri v. *δέ σου*, minus quidem eleganter, cum brevi intervallo legatur *τὰ σπλάγχνα*

Digitized by Google

σου. Ceterum Schol. ad v. 1.: μελαν. διὰ τῆς λέξεως τὸ φοβερὸν εἶπεν· οὐ γὰρ ἔχει καρδίαν ἡ πέτρα. — καὶ τὰ μὲν ἑαυτῷ πλάττων λέγει, τὰ δὲ ἐξ Εὐριπίδου, πρὸς φόβον Διονύσου. Sane a Comico est μελ. E quid dixerit, incertum. canes poëta dixit Furias, quod non fugit antiquum interpretem. idem δευτέρᾳ φροντίδι, vel alius cautior ad 6.: μύραινα δὲ ἰχθὺς θαλάσσιος. de muraenis venenatis ex coïtu cum viperis, qua de re fama fuit apud priscos, v. annotata ad hunc locum Comici. in pretio fuerunt Tartessiae muraenae. pro Τιθρ. E. procul dubio dixerat Λιβυστικαί. Schol. Γοργ. Τιθρ. ἀπὸ δήμου τῆς Ἀττικῆς πονηροῦ. pessimas ibi mulieres, fortasse meretrices avaras, dicere videtur. v. Anaxilae locum luculentum Athen. 558. His igitur simili oratione item Theseus Minotaurum se adortum increpuit.

10.

Chori Atticorum vox una superest ex parodo.
Schol. Aristoph. Vesp. 306. (312.)

Τί με δῆτ', ὦ μελέα μᾶτερ, ἔτικτες, ion. a min. trim.
ἵνα μοι πράγματα βόσκειν παρέχῃς; similis catal.

Schol. „Πράγματα βόσκειν": ὁ λόγος ἐκ Θησέως Εὐριπίδου. ἐκεῖ γὰρ ταῦτα λέγουσιν οἱ ταττόμενοι παῖδες εἰς βορὰν τῷ Μινωκενταύρῳ. τὸ δὲ ἑξῆς τὸ „Ἀνόνητον ἄρα" Ἱππόλυτός ἐστιν ὁ λέγων ἐκεῖ.

— Ἀνόνητον ἄγαλμα πατὴρ anap. dim.
οἴκοισι τεκών.

Inepte Schol. Venetus: Καὶ τοῦτο παρὰ τὰ ἐκ Θησέως. ἔστι δὲ Ἱππόλυτος ὁ λέγων ταῦτα ἐκεῖ. Igitur haec pertinent ad Hippolytum priorem: neque enim Hippolyti partes esse potuerunt in Theseo. ceterum codd. πάτερ laborante versu. Redeo ad verba Τί με — παρέχῃς; in quibus mire dictum est et sine exemplo, si bene memini, πράγματα βόσκειν παρέχῃς, praesertim in re, quae vix alium proprio sensum admittat verbi βόσκειν. nam nihil quidem difficultatis habet ἵνα μοι πράγματα παρέχῃς, sed nemo concoquat βόσκειν, i. e. ὥστε βόσκειν, non addito accusativo objecti. quare equidem vitiosum puto πράγματα, posuerimque sententia praeclara ἵνα με (vel firmiore metro ἵνα μ' οὖν vel ἵνα μ' ἄν) φράγματα β. π., „ut me septis, i. e. incluso in labyrinthum Minotauro, τῷ φραττομένῳ, devorandum praeberes." res dicta pro persona, ut Hippol. 11. (Πιτθέως παιδεύματα) et alias. quod qui durum videbitur, ei auctor sim ut ponat ἵνα μ' εἰς φράγματα (in septum, labyrinthum) β. π.; Non semel π et φ confusa: v. annotata nobis ad Iliad. χ', 11. et Athen. 342, e, quem locum purgavimus in scripto nuper edito de Comicis graecis (Die griech. Komiker, S. 31.). De tempore, quo primum acta fuerit tragoe-

Digitized by Google

dia, ex hoc loco existimari potest: docuit enim Aristophanes Vespas Olymp. 89. anno 2., sive ante Chr. nat. 423.

XXI. *I N Ω.*

Hyginus fab. 4. „Ino Euripidis. Athamas in Thessalia rex cum Inonem uxorem, ex qua duos filios (Muncker.: Supple susceperat, vel simile quid.) periisse putaret, duxit Hypsei (male codd. Nymphae. correxit Muncker., collatis prae aliis ipso Hygino fab. 157. et 239. [oblitus est fab. 1.], et Apollodoro I, 9, 2., quibus van Stav. adjunxit Tzetzen ad Lycophr. v. 22.) filiam Themisonem uxorem. ex ea geminos liberos procreavit. Postea resciit, Inonem in Parnaso esse, quam bacchationis causa eo pervenisse. (mirum, ni dixit „cum [quum] b. c. eo pervenisset.") Misit qui eam adducerent; adductam celavit. Resciit Themisto eam inventam esse, sed, quae esset, nesciebat. coepit velle filios ejus necare. rei consciam; quam captivam esse credebat, ipsam Inonem sumsit et ei dixit, ut filios suos candidis vestimentis operiret, Inonis filios nigris. Ino suos candidis, Themistonis pullis operuit. Tunc Themisto decepta suos filios occidit. Id ubi resciit, ipsa se necavit. Athamas autem in venatione per insaniam Learchum majorem filium interfecit; at Ino cum minore filio Melicerte in mare se dejecit et dea est facta." Hoc Catone contenti simus: nam aliter Hyginus, ut inconstans est, si tamen idem utrobique, rem narrat 1. fabula; aliter etiam Herodorus apud Schol. Apollonii II, 1144., et Nonnus IX. et X., de quibus v. W.

Prologum egisse videtur ipsa Ino, reducta ex Parnasso et adstans ante regiam, dubia de sorte futura sua (fr. 2.). culpam se commeruisse fatetur choro Thessalarum (fr. 4.), quae statim agnitam caram sibi olim reginam bono animo esse jubent (15. seqq.). Tum Athamas prodit et primum quidem objurgaverit Inonem propter fugam et bacchationem diuturniorem, ex qua se illam magno dispendio retraxisse dicit. ad haec Ino obnoxie quidem pro conditione sua, nec tamen humiliter, sed digne Cadmi filia, respondet (6., 7.). ille vero, libertatem ejus aegre ferens, generali sententia (8.) reprehendit homines, qui delicta suo contegere student audacia; sed deinde, pristinae memor consuetudinis, manere jubet eam apud se domi incognitam Themistoni, tanquam ancillam ejus, culpae vacua, quamvis mediocri, fortuna contentam, rectaque suadendo conjugi et a turpibus eam avertendo se demereri (8., 9., 10.). Igitur Ino deducitur ad Themistonem, eique placet adeo, ut mox consciam eam faciat consilii sui de interficiendis ipsius Inonis filiis, ne suis aliquando in successione regni nobilius illorum genus officiat (13., 14.). Tacere secretum jussa Ino fidem promittit, simul autem dehortatur invidiosam mulierem a committendo immani sce-

Digitized by Google

lere, nihil metuendum esse dicens proli uxoris legitimae. Hic locum habere potuit versiculus ille, quem huic fabulae vindicavit W. (D. griech. Trag., 3. Abth., p. 1591.),

1.

Schol. Aristoph. Plut. 517; (521.), Suid. v. *ἀνδραποδίζω*, Schol. Eurip. Phoen. 1328. (1407.)

Πολλοὶ παρῆσαν ἀλλ' ἄπιστα Θεσσαλά.

(in vulgatis libris legitur ex interpretatione, qua metrum senarii tragici corrumpitur, *ἄπιστοι*, sed apud schol. Euripidis *ἄπιστα Θεσσαλοῖς*.) apte enim Themisto Inoni responderit, multos quidem adfuisse in suis nuptiis, qui testimonium dicere de iis possint, sed infidos esse Thessalos. Jam res ita geritur, ut narrat Hyginus. In fine Nuntius verba fecerit de Athamantis furore et Learchi interitu, ipsumque Epilogum egisse videtur Neptunus, Inonis proavus, qui ipsam et filium mari mersos suscepit, regni sui participes futuros (24.). Chorus pro re nata invidiam atque avaritiam detestatur alterius dominae, alteram vero infelicem bene sperare jubet, nec dolori nimium indulgere fragilibus mutabilibusque rebus humanis. Inonis verba prologo.

2.

Stob. 71. p. 432.

Φεῦ,
ὅσῳ τὸ θῆλυ δυστυχέστερον γένος
πέφυκεν ἀνδρῶν! ἔν τε τοῖσι γὰρ καλοῖς
πολλῷ λέλειπται, κἀπὶ τοῖς αἰσχροῖς πλέον.

Pudet prius admissorum. cf. 4.

3.

Schol. Pindar. Isthm. 41. p. 39. *Ἐν ὕπνῳ γὰρ πέσεν (φάμα παλαιὰ εὐκλέων ἔργων)· ἀλλ' ἀνεγειρομένα χρῶτα λάμπει: τῷ αὐτῷ τρόπῳ καὶ E. κέχρηται,*

Ἀδοῦσα δ' Ἰνὼ συμφορῶν πολὺν χρόνον
νῦν ὄμμ' ἐγείρει.

libri *Ἰδοῦσ' ἀδινοῦς συμφορὰν* etc. Valck. Diatr. p. 173, c. — „Inter incertorum dramatum fragmenta posuit Barnes. v. 428. *Ἰδοῦσα δεινὰς συμφορὰς* —. Ne littera quidem mutata scribendum *Ἰδοῦσα δ' Ἰνοῦς συμφορὰν* —. qui sic corrigendum mecum vidit Jo. Pierson. de Venere dictum suspicabatur.

At Venus immeritae neptis miserata labores

dicitur Ovidio Met. IV, 530. *Ἰνοῦς ἄχη* ex Zenobio IV, prov. 38. et aliunde sunt notissima" etc. Mirum, viros doctissimos non animadvertisse *τὸ ταυτολόγον* seu potius *τὸ ἀσύμβατον* verborum *ἰδοῦσα* et *ὄμμα ἐγείρει*. Opposita Musgrav. quaerens ponebat *Εὖδουσα δ' Ἰνοῦς συμφορὰ π. χ. N. ὃ. ξ.*, blandiente quidem conjectura, nec ta-

Digitized by Google

men facili, neque necessaria, accepto autem minus usitate vocabulo. *συμφορὰ* pro *ἀγαθὴ συμφορά*. Proclive est, nec rarum, permutari inter se A et I litteras; apta vero his rebus oratio, satiatam longis malis Inonem nunc tandem suspicere et respirare a laboribus exantlatis. Cic. or. pro Sextio 31., annotante W.: „Res erat et causa nostra eo jam loci, ut erigere oculos et vivere videretur.“ Ceterum etiam *συμφοραῖς* legi potest. Odyss. *μ'*, 281. *καμάτῳ ἀθηκότας ἠδὲ καὶ ὕπνῳ.* —

4.

Ino ad Chorum.

Plut. t. II. p. 556, a. *Τῆς Ἰνοῦς ἐν τοῖς θεάτροις λεγούσης ἀκούομεν ἐφ' οἷς ἔδρασε μεταμελομένης*

Φίλαι γυναῖκες, πῶς ἂν ἐξ ἀρχῆς δόμους
Ἀθάμαντος οἰκήσαιμι, τῶν πεπραγμένων
δράσασα μηδέν!

5.

Athamas solus.

Stob. 66. p. 420.

Νόμοι γυναικῶν οὐ καλῶς κεῖνται πέρι·
χρῆν γὰρ τὸν εὐτυχοῦνθ' ὅτι πλείστας ἔχειν
γυναῖκας, εἴπερ ἄν τροφὴ δόμοις παρῆν,
ὡς τὴν κακὴν μὲν ἐξέβαλλε δωμάτων,
τὴν δ' οὖσαν ἐσθλὴν ἡδέως ἐσώζετο.
νῦν δ' εἰς μίαν βλέπουσι, κίνδυνον μέγαν
ῥίπτοντες· οὐ γὰρ τῶν τρόπων πειρώμενοι
νύμφας ἐς οἴκους ἑρματίζονται βροτοί.

V. 3. procedit *εἴπερ ἄν — παρῆν*, „siquidem victus fuisset domi,“ (si plures duxisset), neque opus scriptura codicis B Paris. *εἴπερ δὴ τρ. δ. π.*, quae sapit correctionem.

Ex Athamantis colloquio cum Inone.

6.

Ino.

Stob. 111. p. 582.

— Μὴ σκυθρωπὸς ἴσθ' ἄγαν
πρὸς τοὺς κακῶς πράσσοντας, ἄνθρωπος γεγώς.

7.

Idem 16. p. 153.

Ἀμουσία τοι μήδ' ἐν οἰκτροῖσιν δάκρυ
στάζειν, κακὸν δὲ χρημάτων ὄντων ἄλις
φειδοῖ πονηρᾷ μηδέν' εὖ ποιεῖν βροτῶν.

Athamas.

Digitized by Google

8.

Stob. 4. p. 52.

Πολλοί γε θνητῶν τῷ θράσει τὰς συμφορὰς
ζητοῦσ' ἀμαυροῦν κἀποκρύπτεσθαι κακά.

9.

Idem 83. p. 483.

Τοιάνδε χρὴ γυναικὶ προσπολεῖν ἐᾷν,
ἥτις τὸ μὲν δίκαιον οὐ σιγήσεται,
τὰ δ' αἰσχρὰ μισεῖ, καὶ κατ' ὀφθαλμοὺς ἔχει.

προσπολεῖν Bergk. Fragm. Soph. p. 33. codd. male *πρόσπολον*. *κατ' ὀ. ἔχει* est *κατέχει ὀφθ.*, „cohibet oculos," nec libidinibus illicitisque amoribus indulget. Plautus Bacch. IV, 9, 92.

Ego animo cupido atque oculis indomitis fui.

cf. etiam fr. 12. v. 3. Iphig. Aul. 10. *σιγαὶ δ' ἀνέμων Τόνδε κατ' Εὔριπον ἔχουσι.* —

10.

Id. 13. p. 145.

Ἐμοὶ γὰρ εἴη πτωχὸς, εἰ δὲ βούλεται,
πτωχοῦ κακίων, ὅστις ὢν εὔνους ἐμοὶ
φόβον παρελθὼν τἀπὸ καρδίας ἐρεῖ.

11.

Id. 9. p. 99.

Κέκτησο δ' ὀρθῶς ἃ 'ν ἔχῃς ἄνευ ψόγου,
καὶ μικρὰ σώζου, τῇ δίκῃ ξυνοῦσ' ἀεὶ,
μήθ' ὡς κακὸς ναύκληρος, εὖ πράξας ποτὲ,
ζητῶν τὰ πλείον' εἶτα πάντ' ἀπώλεσεν.

Ex Themistonis et Inonis colloquio.

12.

Themisto, silentium imperans Inoni.

Id. 39. p. 237., Plut. t. II. p. 507, b, schol. Pind. P. III, 66.

Ἴστω δὲ μηδεὶς ταῦθ', ἃ σιγᾶσθαι χρεών·
μικροῦ γὰρ ἐκ λαμπτῆρος Ἰδαῖον λέπας
πρήσειεν ἄν τις, καὶ πρὸς ἄνδρ' εἰπὼν ἕνα,
πύθοιντ' ἂν ἀστοὶ πάντες ἃ κρύπτειν χρέων.

ἃ κρ. χρεών. Erfurdt. metro debili succurrens *ὧν κ. χ.*, Malim, si quid mutandum est, *ἅ γε κ. χ.*

13.

Inonis responsio.

Stob. 87. p. 500.

Ἐπίσταμαι δὲ πάνθ', ὅσ' εὐγενῆ χρεών,
σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ, καὶ λέγειν ἴν' ἀσφαλὲς,
ὁρᾶν θ' ἃ δεῖ με, κοὐχ ὁρᾶν ἃ μὴ χρεών.

Abhorrent quae hisce addita leguntur

Digitized by Google

Γαστρὸς κρατεῖν δέ· καὶ γὰρ ἐν κακοῖσιν ὢν
ἐλευθέροισιν ἐμπεπαίδευμαι τρόποις.

cujus rei vel *ὢν*, ubi dicendum foret *οὖσα*, indicio est. neque haec habent, qui superiora, Plut. t. II. p. 506, c, 606, a, et Orion Gnomolog. I, 5. potest tamen, ut apte illis subjuncta fuerint in alia fabula; velut commode haec omnia exciperent illa ex Telepho apud schol. Aristoph. Ach. 462. (496.)

Μή μοι φθονήσητ' ἄνδρες Ἕλληνες ἄκροι,
εἰ πτωχὸς ὢν τέτληκ' ἐν ἐσθλοῖσιν λέγειν.

cf. Meinek. Marginal. (Ztschr. f. d. Alt. a. 1843. fasc. 2.) XVI.

14., 15.

Themisto metuens Inonis filiorum nobilius suo genus. fuit enim Hypseus, rex Lapitharum, filia Cyrene clarus (v. Heyn. ad Apollod. I, 9, 2, 2., Obs. p. 57., et quos auctores laudat, Pind. Pyth. 9. et Diod. IV, 69.), Penei fl. filius, Inonis autem proavus ipse Neptunus perhibebatur.

Stob. 86. p. 498.

Τὴν εὐγένειαν, κἂν ἄμορφος ᾖ γάμος,
τιμῶσι πολλοὶ πρὸς τέκνων χάριν λαβεῖν,
τό τ' ἀξίωμα μᾶλλον ἢ τὰ χρήματα.

opes, *χρήματα*, non deerant scilicet regis potentis filiae Themistoni.

— — *Τό τ' εὐγενὲς*
πολλὴν δίδωσιν ἐλπίδ', ὡς ἄρξουσι γῆς.

Chori verba.

16.

Stob. 103. p. 561.

Ἄνασσα, πολλοῖς ἐστιν ἀνθρώπων κακὰ,
τοῖς δ' ἄρτι λήγει, τοῖς δὲ κίνδυνος μολεῖν.
κύκλος γὰρ αὐτὸς καρπίμοις τε γῆς φυτοῖς,
θνητῶν τε γενεᾷ· τοῖς μὲν αὔξεται βίος,
τῶν δὲ φθίνει τε καὶ διῄρισται πάλιν.

17.

Idem ibid. p. 559. sequ.

Ὀρᾷς, τυράννους διὰ μακρῶν ἠξημένους
ὡς μικρὰ τὰ σφάλλοντα, καὶ μί' ἡμέρα
τὸν μὲν καθεῖλεν ὑψόθεν, τὸν δ' ἦρ' ἄνω;
ὑπόπτερος δ' ὁ πλοῦτος· οἷς γὰρ ἦν ποτε,
ἐξ ἐλπίδων πίπτοντας ὑπτίους ὁρῶ.

18.

Idem 123. p. 615.

Γίγνωσκε τἀνθρώπεια, μήδ' ὑπερμέτρως
ἄλγει· κακοῖς γὰρ οὐ σὺ πρόσκεισαι μόνη.

Digitized by Google

19.

Id. 109. p. 580.

Ἐν ἐλπίσιν χρὴ τοὺς σοφοὺς ἔχειν βίον.

20.

Μήτ' εὐτυχοῦσα πᾶσαν ἡνίαν χάλα,
κακῶς τε πράσσουσ' ἐλπίδος κεδνῆς ἔχου.

21.

Stob. 38. p. 222.

Τίς ἆρα μήτηρ ἢ πατὴρ καπον μέγα
βροτοῖς ἔφυσε τὸν δυσώνυμον φθόνον;
ποῦ καί ποτ' οἰκεῖ σώματος λαχὼν μέρος;
ἐν χερσὶν, ἢ σπλάγχνοισιν, ἢ παρ' ὄμματα
ἔσθ' ἡμῖν; ὡς ἦν μόχθος ἰατροῖς μέγας
τομαῖς ἀφαιρεῖν, ἢ ποτοῖς, ἢ φαρμάκοις,
πασῶν μεγίστην τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων.

22.

Idem 10. p. 127.

Βία νυν ἕλκετ', ὦ κακοὶ, τιμὰς, βροτοὶ,
καὶ κτᾶσθε πλοῦτον, πάντοθεν θηρώμενοι
σύμμικτα μὴ δίκαια καὶ δίκαι' ὁμοῦ,
ἔπειτ' ἀμᾶσθε τῶνδε δύστηνον θέρος!

Nuntius de Athamante insano.

23.

Pollux VII, 178. *Εὐρ. ἐν Ἰνοῖ*

Κοίλοις ἐν ἄντροις ἄλυχνος, ὥστε θὴρ μόνος.

24.

Epilogus.

Athenagoras Leg. pro Christ. c. 26., p. 33. ed. Colon. ad calcem Justini mart.: — *Καὶ Ἰνὼ μετὰ τὴν μανίαν* (furorem ab Junone immissum ei propterea quod Bacchum educaverat; v. Apollod. III, 4, 3.) — *θεὸν δοξάζουσι γεγονέναι*

Πόντου πλάνητα, Λευκοθέαν ἐπώνυμον,
καὶ τὸν παῖδα αὐτῆς.
Σεμνὸς Παλαίμων ναυτίλοις κεκλήσεται.

Latini nominant Portunum seu Portumnum et Leucotheam deam Matrem Matutam, ut novimus ex Ovidio, Fast. VI, 545 seqq. aliisque. Primo versiculo libri vitiose *πλάνητες. α ει ες* et similia saepius confusa.

25.

Quae affert Stobaeus tit. 84. p. 493., tanquam ex Inone sumta,

Digitized by Google

Φειδώμεθ' ἀνδρῶν εὐγενῶν, φειδώμεθα,
κακοὺς δ' ἀποπτύωμεν., ὥσπερ ἄξιοι,

iis nescio quem locum in hoc dramate inveniam. cui ne illa quidem conveniunt, quae apud eundem tit. 71., p. 432., leguntur,

26.

Ὦ θνητὰ πράγματ', ὦ γυναικεῖαι φρένες,
ὅσον νόσημα τὴν κύπριν κεκτήμεθα!

Praeterea Hartungus Eur. restit. huc refert nonnulla ex fragmentis incertis, de quibus „amplius deliberandum censeo."

Euripidis Inonem pannis obsitam pallidamque luctu ridet Comicus Acharn. 401. (434.) et Vesp. 1368. (1413.), ubi quae leguntur,

— — *Καὶ σύ δή μοι, Χαιρεφῶν,*
γυναικὶ κλητεύειν ἔοικας θαψίνῃ
Ἰνοῖ κρεμαμένῃ πρὸς ποδῶν Εὐριπίδου,

cum scholiastes ita explicet: *θαψίνῃ: ὠχρᾷ· τοιαύτη γὰρ ἡ θάψος, ὅπερ παρ' ἡμῖν χρυσόξυλον λέγεται. — παρὰ δὲ Εὐριπίδῃ γέγραπται ἡ Ἰνὼ κρεμαμένη καὶ ὠχρὰ ὑπὸ τῆς κακοπαθείας*, joco inexpectato, ni fallor, Aristophanes dixit *Εὐριπίδου* pro *Ἀθάμαντος*, quoniam purus putus Euripides hic est Athamas, ejusque more ipsissimo philosophatur, praesertim de mulieribus, quae non minus ei negotium exhibuisse dicebantur quam Euripidi. Spectabatur igitur Ino in prima fabula supplex pedibus offensi conjugis advoluta.

Docuit Comicus Acharnenses Ol. 88, 3., ante Chr. nat. 426., et Vespas Ol. 89., 1., ante Chr. nat. 424.: non igitur prius acta esse potest Ino tragoedia.

XXII. *Ι Ξ Ι Ω Ν.*

Juno apud Apollonium Rhod. III, 61. de Jasone:

Τὸν μὲν ἐγὼν, εἴ κέν περ ἐς ἄϊδα ναυτίλληται
λυσόμενος χαλκέων Ἰξίονα νειόθι δεσμῶν,
ῥύσομαι —.

ibi Schol.: *Τὸν Ἰξίονα παρείληφεν, ὅτι δοκεῖ ἐπικεχειρηκέναι τῇ Ἥρᾳ. Φλεγύου δὲ* (Lapitharum regis) *παῖς καὶ Ἰξ., ὡς καὶ Ε. „Φλεγύου υἱὲ, δέσποτ' Ἰξίων."* (recte codex Paris.

1.

Φλεγύοντος υἱὲ, δέσποτ' Ἰξίων.)

Φερεκύδης δὲ Αἴτωνος. (v. Hygini interpp. ad fab. 62.) *φησὶ δὲ, ὡς γαμήσας Δίαν τὴν Ἠϊονέως θυγατέρα πολλὰ ὑπέσχετο δώσειν δῶρα. ἐλθόντος δὲ, ἐπὶ ταῦτα τοῦ Ἠϊονέως, βέρεθρον ποιήσας καὶ πυρακτώσας, σκεπάζει αὐτὸ λεπτοῖς ξύλοις καὶ κόνει λεπτῇ· ἐμπεσὼν δὲ ὁ Ἠϊονεὺς ἀπόλλυται. λύσσα*

Digitized by Google

δὲ τῷ Ἰξίονι ἐνέπεσε διὰ τοῦτο, καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ἤθελεν ἁγνίσαι οὔτε θεῶν, οὔτε ἀνθρώπων (πρῶτος γὰρ ἐμφύλιον ἄνδρα ἀπέκτεινεν)· ἐλεήσας δὲ αὐτὸν ὁ Ζεὺς ἁγνίζει, καὶ ἁγνισθεὶς ἠράσθη τῆς Ἥρας. ὁ δὲ Ζεὺς νεφέλην ὁμοιώσας Ἥρᾳ παρακοιμίζει αὐτῷ, καὶ ὕστερον ποιήσας τροχὸν καὶ δεσμεύσας αὐτὸν τιμωρεῖται. Ἠioneum alii nominant Deïoneum. Tzetzes Chil. IX., 273. de Ixione

Ἔσχε πρὸς γάμον σύνευνον Δῖαν Δηϊονέως,
ἄλλοις Ἠϊονέως δὲ παρὲξ γραφῆς τοῦ δέλτα.

ubi codd. Ἠϊονεὺς, quod neque sententiae aptum est, et evertit metrum versus politici similis iambico tetr. catalectico. cf. Hygin. fab. 155. Non facit ad rem, quod refert Conon Narrat. c. 4., Mythogr. ed. Westermann. p. 126., Strymonem fluvium olim Ἠioneum vocatum esse, siquidem Apollonii Schol. Ixionis socerum dicit ἄνδρα ἐμφύλιον, Thessaliaeque, non Thraciae, reguli fuerunt Phlegyas et Ixion.

Posuit in hoc dramate E. exemplum summae avaritiae atque impudentiae, quibus vitiis Ixion velut via et ratione indulgens tandem meritas dedit poenas, rotae affixus apud Inferos. quod ejus supplicium ostendit in scena Tragicus. Ceterum de oeconomia fabulae nihil constat, nisi quod nescio quis apud Stob. 10. p. 126. lucripetam Ixionem corripit his verbis,

2.

Ὅστις γὰρ ἐπὶ τὸ πλέον ἔχειν πέφυκ' ἀνὴρ,
οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον, οὐδὲ βούλεται,
φίλοις τ' ἄμικτός ἐστι καὶ πάσῃ πόλει.

Ixion pronuntiavit 3. et 4.

3.

Plut. t. II. p. 18, e, Stob. 2. p. 30.

Τοῦ μὲν δικαίου τὴν δόκησιν ἄρνυσο,
τὰ δ' ἔργα τοῦ πᾶν δρῶντος, ἔνθα κερδανεῖς.

4.

Stob. 49. p. 355.

Τά τοι μέγιστα πάντ' ἀπείργασται βροτοῖς
τόλμ', ὥστε νικᾷν· οὔτε γὰρ τυραννίδες
χωρὶς πόνου γένοιντ' ἄν, οὔτ' οἶκος μέγας.

ἀπείργασται Heath. et Musgr. codicibus obrepsit explicatio inconcinna ἀπεργάζεται.

5.

Plut. t. II. p. 19, e. Ὁ Ε. εἰπεῖν λέγεται πρὸς τοὺς τὸν Ἰξίονα λοιδοροῦντας, ὡς ἀσεβῆ καὶ μιαρὸν, „Οὐ μέντοι πρότερον αὐτὸν ἐκ τῆς σκηνῆς ἐξήγαγον ἢ τῷ τροχῷ προσηλῶσαι."

Digitized by Google

6.

Diog. Laërt. IX, 55. de Protagora: *Φησὶ δὲ Φιλόχορος* (historicus, qui cum alia scripsit, tum Attica, floruitque circa a. ante Chr. nat. 250.—200.), *πλέοντος αὐτοῦ ἐς Σικελίαν τὴν ναῦν καταποντισθῆναι, καὶ τοῦτο αἰνίττεσθαι Εὐριπίδην ἐν Ἰξίονι.* W. D. griech. Trag. p. 751.: „Wollten wir dem Philochoros glauben, so hätte E. den Meister der Antilogieen (Cic. de N. D. I, 23.: Abderites Protagoras, sophistes temporibus illis vel maximus, cum in principio libri sui sic posuisset: „De diis neque ut sint, neque ut non sint, habeo dicere," Atheniensium jussu urbe atque agro est exterminatus, librique ejus in concione combusti. Bo.) im Ixion angegriffen, auf den Tod des Prot. in den Wellen angespielt, was im Ixion nur eine Andeutung sein könnte, dass die Strafe verdient sei. Doch als Gegner des Prot. können wir uns den E., in dessen Haus jener die Rede mit dem berühmten Anfang, der ihm die Verfolgung zuzog, vorgelesen haben soll (Diog. IX, 54.), nicht denken, wie scharf er auch die aus den Antilogieen von spätern Sophisten u. im Volk abgeleiteten Missbräuche ins Auge fassen mochte. Eher dürfte man eine Anspielung auf die Unschuld des grossen Abderiten erwarten, so wie der Dichter anderwärts (Fragm. incert. 153. Matth.) die des Anaxagoras auf die bedeutungsvollste Art anerkennt. Clinton zeigt (II. p. 365—377), dass die Zeitverhältnisse entgegenstehn; u. so wird daher Phil. Andeutung in einer Stelle nur gesucht haben, worin sie nicht beabsichtigt war, eben wie es im Palamedes in Hinsicht der Verurtheilung des Sokrates ergangen ist."

XXIII. *Ἱππόλυτος ὁ καλυπτομενος.*

Nomen tragoediae apud Pollucem IX, 50. et Stobaeum XII, 10., similiterque *Ἱππόλυτον τὸν κατακαλυπτόμενον* dicit schol. Theocriti II, 10. sed V, 16. Stob.: *Ε. ἐν Ἱππολύτῳ ά*, i. e. *ἐν Ἱππ. προτέρῳ*, quod verum dramatis nomen fuisse suspicatur editor Valck., alterumque inditum a grammaticis ab eo, quod Hippolytus audita impudica Phaedrae oratione caput obvolverit, exclamans

1.

Stob. 31. p. 211.

Ὦ πότνι' Αἰδὼς, εἴθε τοῖς πᾶσιν βροτοῖς
ξυνοῦσα τἀναίσχυντον ἐξήρου φρενῶν!

quae etiam Toupii Cur. sec. in Theocr. ad l. c. sententia est. Idem Valck. probe intellexit, Hippolytum superstitem non modo hujus alteram esse editionem, sed diversam fabulam. sic enim vir eruditissimus ed. Hippol. p. XX.: „Sunt inter fragmenta prioris editionis (imo fabulae. Bo.), omissa Barnesio, quae mihi paene persua-

Digitized by Google

serint, totam dramatis oeconomiam in editione secunda fuisse mutatam: in prima collocutam cum Hippolyto Phaedram, nec per interpretem *), sed ipsam amorem verbis obscurioribus indicasse privigno novercam; non ab oraculo revèrsum Thesea, sed ab Inferis reducem in scenam prodiisse; atque adeo in Hippolyto priori eandem nonnunquam rerum fuisse dispositionem, qualis multo deterior obtinet in Hippolyto Senecae, cui suspicor lectam Hippolytum Euripidis. Nec tamen impediunt ista, quominus centeni versus aut prorsus iidem in utraque fuerint editione, aut in altera, tantum hic illic voce mutata, leviter interpolati." Etiam Sophocleae Hippolyti idem propemodum fuisse videtur Welckero argumentum, qui sic p. 743.: „Der erste Hippolyt muss seine eigenthümlichen Schönheiten gehabt haben, von Vielen vorgezogen worden sein, weil er sich sonst nicht erhalten (?) hätte; und Soph. hat die Phaedra im Ganzen (?) genommen nicht anders gefasst, als sie darin erschien. Wie also, wenn E. in der gewaltsamen u. von Anfang an handelnden Phädra von Soph. verdunkelt worden wäre, u. darum die leidende u. rührende aufgestellt hätte?" qui quidem fallitur, cum proprium Euripidis commentum dicit, quod ab Inferis reversum finxit Theseum in hac fabula: Stobaeus enim Ecleg. phys. I, 6., p. 174.: *Σοφοκλῆς ἐκ Φαίδρας*, inquit,

α. Ἔζης ἄρ', οὐδὲ γῆς ἔνερθ' ᾤχου θανών;
β. Οὐ γὰρ πρὸ μοίρας ἡ τύχη βιάζεται.

quae procul dubio a Phaedra et Theseo pronuntiata sunt. nisi forte W. permutata hic putavit, ut interdum factum est, nomina horum poëtarum.

Hyginus emendatus fab. 47.: „Phaedra, Minois filia, Thesei uxor, Hippolytum privignum suum adamavit. quem cum non potuisset ad suam perducere voluntatem, tabellas scriptas ad suum virum misit, se ab Hippolyto compressam esse, seque ipsa suspendio necavit. Theseus re audita filium suum moenibus excedere jussit et optavit a Neptuno patre filio suo exitium. Itaque cum Hippolytus equis junctis veheretur, repente e mari taurus apparuit, cujus mugitu equi expavefacti Hippolytum distraxerunt, vitaque privarunt." ex quibus vix intelligas, utram harum Euripidis tragoediarum dicat scriptor.

De occasione scribendi priorem Hippolytum biographus Euripidis Vindob., non multum dissentiente Hafniensi: *Λέγουσι δὲ αὐτὸν γήμαντα* (alteris nuptiis) *τὴν Μνησιλόχου θυγατέρα Χοιρίλην, καὶ νοήσαντα τὴν ἀκολασίαν αὐτῆς, γράψαι τὸ δρᾶμα τὸ πρότερον Ἱππολύτου* (Vind. liber mendose *τὸ δρ. πρὸς τὸν Ἱππόλυτον*, Hafn. *γρ. πρώτων τὸ δρ. τὸν Ἱππόλυτον*), *ἐν ᾧ*

*) Imo invita nutrice, ut apud Senecam, id eam fecisse censet Matth. et W. p. 736.

Digitized by Google

θριαμβεύει τὴν ἀναισχυντίαν τῶν γυναικῶν, ἔπειτα δὲ αὐτὴν ἀποπέμψασθαι.

Personis fabulae probabiliter W. adnumerat paedagogum, cujus, discipulum accusatum defendentis apud Theseum, oratio videtur illa

2.

Stob. 86. p. 498.

Τὸν σὸν δὲ παῖδα σωφρονοῦντ' ἐπίσταμαι,
χρηστοῖς θ' ὁμιλοῦντ', εὐσεβεῖν τ' ἠσκηκότα.
πῶς οὖν ἂν ἐκ τοιοῦδε σήματος κακὸς
γένοιτ' ἄν; οὐδεὶς τοῦτό μ' ἂν πίθοι ποτέ.

quae Hippolyto priori vindicat Monk. ad Hippol. 1249. inepte autem legitur σώματος pro σήματος, signi, indicii, η et ω litteris confusis, ut saepe alias. Valck. Diatr. p. 227, b: „σώματος mutandum videtur in σχήματος, ut sensus sit οὕτως ἐσχηματισμένος, istis ornatus virtutibus, quomodo tandem malus fieret?" sed nego isto sensu Graecos dixisse σχῆμα et σχηματίζειν. praeterea versum evertit vox σχήματος spondeo immisso in sedem quartam.

Haec commode subjecta fuerint iis, quae idem affert

3.

Stob. 71. p. 434.

Θησεῦ, παραινῶ σοι τὸ λῷστον, εἰ φρονεῖς·
γυναικὶ πείθου μηδὲ τἀληθῆ κλύων.

ubi vulgo codd.: — παρ. καὶ τὸ λώιστον φρονεῖν, sed Paris. *A* et *B* φρονεῖς. secutus sum Gaisfordium et Boissonadeum. Excepta vero superiora puto a verbis illis, quae etiam ipsa servavit

4.

Stob. 91. p. 507.

Ὕβριν τε τίκτει πλοῦτος ἢ φειδὼ βίου,

i. e. Ὑ τε τ. π. μᾶλλον ἢ φ. β., „Insolentiamque gignit opulenta potius quam parca vita," velut Hippolyti; non „Aut parcitas aut fastus est opibus comes," ut vertit Grot.

Cui haec respondere potuit Theseus

5.

Stob. 103. p. 562.

Ὁρῶ δὲ τοῖς πολλοῖσιν ἀνθρώποις ἐγὼ
τίκτουσαν ὕβριν τὴν πάροιθ' εὐπραξίαν,

arrogantiam atque superbiam non modo opulentorum esse dicens, sed oriri etiam ex fiducia rerum adhuc bene gestarum, quemadmodum Hippolyto adhuc omnia successerant. paedagogus autem admonitionem finiverit sententia trita de tempore veraci, quo meliora edoctum iri Theseum,

Digitized by Google

6.

Stob. Eclog. phys. p. 143.

Χρόνος διέρπων πάντ' ἀληθεύειν φιλεῖ.

Prologum egerit nutrix Phaedrae, sicut Medeae in cognomini fabula, mulier non minus prudens. cui ista conveniunt

7.

Plut. II. p. 778, b.

Οἱ γὰρ κύπριν φεύγοντες ἀνθρώπων ἄγαν
νοσοῦσ' ὁμοίως τοῖς ἄγαν θηρωμένοις.

quanquam neque a persona Chori abhorrent, qui Chorus si constitit, ut in posteriore Hippolyto, ex ancillis Phaedrae, eo aptius ista quoque pronuntiaverit

8.

Stob. 71. p. 432., Clem. Alex. Strom. VI. p. 622, b.

— Ἀντὶ γὰρ πυρὸς
πῦρ ἄλλο μεῖζον, δυσμαχώτερον πολύ,
γυναῖκες ἐβλαστοῦμεν.

quae ἄμετρα et mendosa jacent in libris, praesertim Clementis. Stobaeus quidem *Ἀντὶ πυρὸς γὰρ ἄλλο πῦρ μ. ἐκβλαστοῦμεν γυν. πολὺ δυσμ.* Euripidem imitatus, sed inepte, Palladas:

Ὁ Ζεὺς ἀντὶ πυρὸς πῦρ ὤπασεν ἄλλο γυναῖκας·
εἴθε δὲ μήτε γυνή, μήτε τὸ πῦρ ἐφάνη.
πῦρ μὲν δὴ ταχέως καὶ σβέννυται· ἡ δὲ γυνὴ πῦρ
ἄσβεστον, φλογερὸν, πάντοτ' ἀναπτόμενον.

Post prologum Phaedra prodiisse putanda est insomnis propter amorem, lunamque invocans. fortasse etiam artis magicae instrumenta afferri jussit. Propertius II, 1, 3. apud Hartungum Eur. restit. p. 42.

Seu mihi sint tangenda novercae pocula Phaedrae,
pocula privigno non nocitura suo.

et comparat eam cum Theocriti pharmaceutria scholiastes ejus ad II, 10. sic autem grammaticus: *Ταῖς ἔρωτι κατεχομέναις τὴν σελήνην μετακαλεῖσθαι σύνηθες, ὡς καὶ Ε. ποιεῖ Φαίδραν πράττουσαν ἐν τῷ καταχαλυπτομένῳ Ἱππολύτῳ.* cf. Hippol. poster. 487. (509.) seqq.

Phaedram secuta Nutrix deterrere studet a malo proposito; sed nihil proficit, excusante illa Veneris potentiam, necessitatem omnia audendi in rebus magni momenti, denique ipsius Thesei, velut viam monstrantis, amores illicitos (fr. 9—13.).

9.

Athenaeus XIII. p. 599, f, sequ., Stob. Eclog. phys. p. 149.

Τὴν Ἀφροδίτην οὐχ ὁρᾷς ὅση θεός;
ἣν οὐδ' ἂν εἴποις οὐδὲ μετρήσειας ἄν

Digitized by Google

ὅση πέφυκε κἀφ' ὅσον διέρχεται.
αὕτη τρέφει σὲ, κἀμὲ, καὶ πάντας βροτούς.
τεκμήριον δὲ μὴ λόγῳ μόνον μάθῃς,
ἔργῳ δὲ δείξω τὸ σθένος τὸ τοῦ θεοῦ.
ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖ', ὅταν ξηρὸν πέδον
ἄκαρπον αὐχμῷ νοτίδος ἐνδεῶς ἔχῃ·
ἐρᾷ δ' ὁ σεμνὸς οὐρανὸς πληρούμενος
ὄμβρου πεσεῖν ἐς γαῖαν ἀφροδίτης ὕπο·
ὅταν δὲ συμμιχθῆτον εἰς ταὐτὸν δύο,
τίκτουσιν ἡμῖν πάντα κἀκτρέφουσ' ἅμα,
ὅθεν βρότειον ζῇ τε καὶ θάλλει γένος.

Haec partim Aristoteles quoque Eth. Nic. VIII. 1, 6. et Magn. Moral. II, 11., Plut. Moral. p. 756, e., aliique afferunt, aptissima hujus fabulae argumento, non Oedipi, ut visum Fulvio Ursino Virg. collat. cum Graecis p. 156. et Musgravio.

10.

Stob. tit. 12. p. 140.

Ἔγωγέ φημι καὶ νόμον γε μὴ σέβειν
ἐν τοῖσι δεινοῖς τῶν ἀναγκαίων πλέον.

11.

Idem 49. p. 355.

Οὐ γὰρ κατ' εὐσέβειαν αἱ θνητῶν τύχαι,
τολμήμασιν δὲ καὶ χερῶν ὑπερβολαῖς
ἀλίσκεταί τε πάντα καὶ θηρεύεται.

12.

Id. 61. p. 388.

Ἔχω δὲ τόλμης καὶ θράσους διδάσκαλον
ἐν τοῖς ἀμηχάνοισιν εὐπορώτατον
Ἔρωτα, πάντων δυσμαχώτατον θεῶν.

13.

Plut. Moral. p. 28, a. de Euripide: Καὶ ὁ σύσκηνος αὐτοῦ (Σοφοκλέους) πάλιν ὁρᾷς ὅτι τήν γε Φαίδραν καὶ προσεγκαλοῦσαν τῷ Θησεῖ πεποίηκεν, ὡς διὰ τὰς ἐκείνου παρανομίας ἐρασθεῖσαν τοῦ Ἱππολύτου. W. p. 738.: „Nichts ist natürlicher als dass eine Phädra, wie sie schon in den vorstehenden wenigen Bruchstücken sich zeichnet, die Schuld ihrer Liebe auf Theseus selbst wirft."

Ex Phaedrae oratione amatoria nihil superest, nisi forte eo pertinent fragm. 6. et 8. Respondit ei inter alia Hipp. illis, quae 1. loco posuimus. Pro explorato autem habens noverca, ut in Senecae tragoedia 618 — 628., periisse Theseum apud Inferos, ubi regnum Athenarum offert juveni, aliaque magnifica promittit, indignatus ille clamat

Digitized by Google

14.

Aristoph. Vesp. 722. (748.), ubi Schol.: *Ἐξ Ἱππολύτου Εὐριπίδου.*

Μή μοι τούτων μηδὲν ὑπισχνοῦ!

seque abripit. Phaedram consolatus fuerit Chorus, ut potuit, et amore perditam miseratus fortasse deos tanti mali auctores accusaverit his verbis

15.

Justin. Mart. de Monarch. p. 107.

Ἀλλ' οὐ γὰρ ὀρθῶς ταῦτα κραίνουσιν θεοί.

Tum ab Inferis Theseus rediens, rursus conspecta luce,

16.

Stob. 118. p. 601.

Ὦ λαμπρὸν αἰθὴρ, inquit, *ἡμέρας θ' ἁγνὸν φάος,*
ὡς ἡδὺ λεύσσειν τοῖς τε πράσσουσιν καλῶς,
καὶ τοῖσι δυστυχοῦσιν, ὧν πέφυκ' ἐγώ!

Infelicem se vocat Theseus, cui, vix liberato ab Hercule, relinquendus fuit in captivitate apud Inferos amicus Pirithous, quem Proserpinae insidiantem comitatus erat, opem laturus. v. Plut. Thes. c. 37., 38., 40., Paus. Att. c. 17. etc.

Theseus ad Hippolytum, audita ejus oratione, qua eloquenter defendit crimen, sed non persuaso patre,

17.

Stob. tit. 80. p. 472.

Φεῦ φεῦ, τὸ μὴ τὰ πράγματ' ἀνθρώποις ἔχειν
φωνὴν, ἵν' ἦσαν μηδὲν οἱ δεινοὶ λέγειν!
νῦν δ' εὐρόοισι στόμασι τἀληθέστατα
κλέπτουσιν, ὥστε μὴ δοκεῖν ἃ χρὴ δοκεῖν.

Corripi et vinctum adduci jusserat filium. jam in exilium eum ejicit, Attica in perpetuum interdicta. quam legem durissimam ubi ille accepit, Theseus perseverans in ira hisce pergit

18.

Erotian. *Διεβλήθησαν: παρελογίσθησαν, ὡς καὶ Ε. ἐν Ἱππολύτῳ φησὶν*

Τί δ', ἢν λυθεὶς με διαβάλῃς, παθεῖν σε δεῖ;

Quid, si solutus fallis? quam poenam meres?

Sic dimissus Hippolytus ad stabula equorum suorum abit profecturus.

19.

Pollux IX, 50. — *Καὶ στάσις ἵππων, ὡς Ε. ἐν Ἱππ. καλυπτομένῳ*

— *Πρὸς ἵππων εὐθὺς ὁρμήσας στάσιν.*

Digitized by Google

Navem eum conduxisse putat Hartungus propter illa Erotiani p. 118. *Διόπῳ: τῷ τῆς νηὸς ἐπιμελητῇ, παρὰ τὸ διοπτεύειν. Ἀττικὴ δὲ ἡ λέξις, κειμένη καὶ παρ' Ἀριστοφάνει* (Byzantino) *ἐν Ἀττικαῖς λέξεσι, καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Σισύφῳ, καὶ Εὐριπίδῃ ἐν Ἱππ.*

Epilogum egisse Dianam, sicut in Hippolyto coronifero, qui est in manibus, sentio cum Welckero. Cultum divinum (qui Troezene viguit, ut auctor est Diod. IV, 64.) heroïs probissimi fautrix illius dea imperavit. quare beatum eum in morte praedicat Chorus illis, quae leguntur

20.

Stob. 5. p. 63.

Ὦ μάκαρ, οἵας ἔλαχες τιμὰς,
Ἱππόλυθ' ἥρως, διὰ σωφροσύνην!
οὔποτε θνητοῖς
ἀρετῆς ἄλλη δύναμις μείζων·
ἦλθε γὰρ ἥ πρόσθ', ἥ μετόπισθεν,
τῆς εὐσεβίας χάρις ἐσθλή.

XXIV. *ΚΑΔΜΟΣ.*

Apollodorus III, 5, 4. *Ὁ δὲ Κάδμος μετὰ Ἁρμονίας* (haec uxor ejus fuit, Martis et Veneris filia secundum Apollod. III, 42. et alios.) *Θήβας ἐκλιπὼν* (taedio vitae post mortes liberorum Penthei, Inonis, nepotis Actaeonis etc. v. E. Bacch. 1165—1187. id enim verisimilius quam regno expulsum esse Cadmum ab Amphione et Zetho, ut persuadere vult Syncellus p. 157. cf. Heyn.) *πρὸς Ἐγχέλεας παραγίνεται. τούτοις δὲ ὑπὸ Ἰλλυριῶν πολεμουμένοις ὁ θεὸς ἔχρησεν, Ἰλλυριῶν κρατήσειν, ἐὰν ἡγεμόνας* (vulgatum *ἡγεμόνα* dudum est cum correximus ann. ad Bacch. 1194.) *Κάδμον καὶ Ἁρμονίαν ἔχωσιν *). οἱ δὲ πεισθέντες ποιοῦνται κατὰ Ἰλλυριῶν ἡγεμόνας τούτους, καὶ κρατοῦσι· καὶ βασιλεύει Κάδμος Ἰλλυριῶν, καὶ παῖς Ἰλλύριος αὐτῷ γίνεται. Αὖθις δὲ μετὰ Ἁρμονίας εἰς δράκοντα μεταβαλὼν, εἰς Ἠλύσιον πεδίον ὑπὸ Διὸς ἐξεπέμφθησαν.* cf. Hygin. fab. 6., Ovid. Met. IV, 562 seqq., Pind. Pyth. III.

Non indignum tragoedia argumentum; quod tamen sugillat Horatius, cum dicit A. P. 185.

---

*) Videtur Pythia dixisse

Ἰλλυριῶν φήμ' Ἐγχέλεας πολέμοιο κρατήσειν,
ἡγεμόνας Κάδμον τε καὶ Ἁρμονίαν εἰ ἔχωσι.

Clare Encheleas sive Enchelenses ab Illyriis distinguit Apollod.; item Herodotus IX, 43. (*ἐς Ἰλλυριούς τε καὶ τὸν Ἐγχέλεων στρατόν*). Pausan. IX, 5, 1. aliique Illyriis adnumerant. v. Bähr. ad Herodot. V, 61.

Digitized by Google

Nec pueros coram populo Medea trucidet,
aut humana palam coquat exta nefarius Atreus,
aut in avem Progne vertatur, Cadmus in anguem.

fuit nimirum ille admirator Aeschyli, Sophoclis et antiquiorum Tragicorum, apud quos Nuntii narrant multa, quae E. majoris effectus gratia in scenam produxit. v. Cresphont. 12., Cress. 15., Lamiam. Itaque nihil prohibet, quominus credamus, Flaccum, cum ista scriberet, ipsum Euripidem in animo cogitasse; quod tamen negat Meinek. in libro menstruo inscripto „Zeitschr. f. A. a. 1843, X." qui etiam Nuntii verba putat illa, quae tanquam Euripidea affert Hermogenes de Invent. IV, 12., vol. 3. p. 180. ed. Walz., procul dubio ad hanc fabulam referenda:

1.

Οἴμοι, δράκων μου γίγνεται τό γ' ἥμισυ·
τέκνον, περιπλάκηθι τῷ λοιπῷ πατρί!

quibus similia habet Ovidius l. c.

2.

Probus ad Virg. Eclog. VI, 31. „Magnum per inane: accipere debemus aëra, quem E. in Cadmo χάος appellavit sic: *Οὐρανὸς ὑπὲρ ἡμᾶς καινῶς φοιτῶν ἕδος δαιμόνιον, τὸ δ' ἐν μέσῳ τοῦ οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς οἱ μὲν ὀνομάζουσι χάος.*" Corruptissima haec alii aliter restituere conati sunt. Valck. Diatr. p. 12.:

— Οὐρανός θ' ἡμᾶς ὕπερ,
καὶ γῆ, βροτῶν κοινόν τε δαιμόνων θ' ἕδος·
τὸ δ' ἐν μέσῳ τοῦ γ' οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς
χάος μὲν ὀνομάζουσιν.

quae ipsi, ut erat modestus Criticus, nondum sincere scripta videbantur. Mitto infeliciora etiam commenta, satisque habeo symbolam meam dare hanc:

— Οὐρανός θ' ὑπέρμεγας,
κοινόν τε φωτῶν ἠδὲ δαιμόνων ἕδος,
τὸ δ' ἐν μέσῳ τοι τοὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς,
ἣν οἱ μὲν ὀνομάζουσιν οὐσίαν χάος.

quorum versuum postremo quod posuimus *οὐσίαν* videtur forte neglectum esse a scribis post simile vicinum — *ουσιν.* verbis *κοινόν τε — ἕδος* terra describitur.

Quae Incertorum huc trahit Hartungus, Hygini usus dicam an abusus fabulis 184. et 240., vide apud ipsum.

Digitized by Google

XXV. ΚΡΕΣΦΟΝΤΗΣ.

Apollodorus II, 8, 5, 5. *Κρεσφόντης* (Heraclida) *δὲ, οὐ πολὺν Μεσσήνης βασιλεύσας χρόνον, μετὰ δύο παίδων φονευθεὶς ἀπέθανε. Πολυφόντης δὲ ἐβασίλευσεν, αὐτὸς τῶν Ἡρακλειδῶν ὑπάρχων* (et frater Cresphontis), *καὶ τὴν τοῦ φονευθέντος γυναῖκα ἄκουσαν Μερόπην ἔλαβεν. ἀνηρέθη δὲ καὶ οὗτος. τρίτον γὰρ ἔχουσα παῖδα Μερόπη καλούμενον Αἴπυτον ἔδωκε τῷ ἑαυτῆς πατρὶ* (Cypselo, Aegypti [Iliad. β', 604. cf. Paus. IV, 3, 3., VIII, 5, 5.] filio, Arcadiae regi notissimo) *τρέφειν· οὗτος ἀνδρωθεὶς, καὶ κρύφα κατελθὼν, ἔκτεινε Πολυφόντην, καὶ τὴν πατρῴαν βασιλείαν ἀπέλαβεν.* libri *αὐτῶν τῶν Ἡρακλ.*, quae correxerunt Faber et Clavierius. Aepytus, Meropes filius, servatus a matre, sumsit nomen Telephontis, quo nomine isto delitescens Polyphontis insidias eluderet, ut probabiliter censet Lessing. Hamb. Dram. 40. (I, 315.), assentiente W. p. 840. Hyginus fab. 137.: „Polyphontes, Messeniae rex, Cresphontem, Aristomachi filium, cum interfecisset, ejus imperium et Meropen uxorem possedit.“ Idem fab. 184., cujus initium desideratur: „.... Cum qua (male supplent „Merope,“ quasi illa Polyphontem adjuvisset in caede Cresphontis, quae invita nupsit interfectori. arbitror ponendum esse „Tumque.“) Polyphontes, occiso Cresphonte, regnum occupavit. filium autem ejus infantem Merope mater [quem ex Cresphonte habebat] absconse ad hospitem in Aetoliam mandavit. Hunc Polyph. maxima cum industria quaerebat, aurumque pollicebatur, si quis eum necasset. Qui postquam ad puberem aetatem venit, capit consilium, ut exequatur patris et fratrum mortem. (malim „mortes.“) itaque venit ad regem Polyphontem aurum petitum, dicens se Cresphontis et Meropes interfecisse filium Telephontem. (libri per hallucinationem scribarum „Cresph. interf. fil. et Mer. Tel.“) Interim (hoc ineptum est: scribam Etenim) rex eum jussit in hospitio manere, ut amplius de eo perquireret. Qui cum per lassitudinem obdormisset, senex, qui inter matrem et filium internuntius erat, flens ad Meropen venit, negans eum apud hospitem esse, nec comparere. Mer. credens eum esse filii sui interfectorem, qui dormiebat, in Chalcidicum cum securi venit inscia, ut filium suum interficeret; quem senex cognovit (imo „agnovit“) et matrem ab scelere retraxit. Mer. postquam vidit, occasionem sibi datam esse ab inimico se ulciscendi, redit cum Polyphonte in gratiam. rex laetus cum rem divinam faceret, hospes falso simulavit se hostiam percussisse (scrib. „percussum iisse“), eumque interfecit, patriumque regnum adeptus est.“

Hoc videtur argumentum fuisse fabulae Euripideae, quam nobilissimam latine, sed libere, ut illi solent, vertit Ennius, recentiorum vero praeter Alfierium imitati sunt Maffeius, Voltarius et alii, de quibus exponit Lessing. l. c. in superioribus 36.—50. (I, 289.—400.)

Digitized by Google

qui cum miretur nomen inditum tragoediae a tritagonista, quod sane insolens, videndum an librarii peccaverint, reponendumque sit *ἐν Κρεσφοντείᾳ* pro *ἐν Κρεσφόντῃ* apud Eustratium aliosque: uberem enim trilogiae materiam Cresphontis, Meropes, Aegyptique seu Telephontis historia praebebat. Quodsi E. non apud avum maternum Cypselum, sed apud Aetolum quendam latuisse fecit Aepytum, in hoc a Graeco discrepat Latinus, cujus in fabula partes sunt illius, irati, ut conjicias, Polyphonti ob insidias Aepyto structas, filiamque, quam olim illi in matrimonium dederat, jam abducere studentis divortio, ut scimus ex Rhetoricorum ad Herenn. II, 24., ubi male „Cresphontem" scriptum est pro „Polyphontem," quod non fugit Welckerum p. 838. sed eum locum, quoniam pluribus maculis adspersus est, integrum adscribam emendatum:

Merope. Injuria abs te adficior indigna, pater:
nam si improbum Polyphontem existimaveras,
cur me huic locabas nuptiis? sin est probus,
cur tandem invitam invitum cogis linquere?
Cypselus. Nulla te indigna, o gnata, adficio injuria.
Si probus est, bene locavi; sin, divortio
te liberabo incommodis. Duxi probum;
erravi; post cognovi, et fugio cognitum.

libri versu 4. „cur talem (tādem, tālem)." 7.

— sin est improbus,
divortio te liberabo incommodis.
cur me huic locabas nuptiis? Duxi probum etc.

in quibus inepte repetita sunt verba „cur — nuptiis?" recte omissa illa a Scriverio et Welckero, sed non habita ratione versuum restituendorum. glossatorem quidem *τῷ* „sin" adscripsisse „sin est improbus," nemo est quin monitus animadvertat.

Jam singula percenseamus.

Cresphonte dudum occiso nonnisi umbrae ejus potuerunt esse partes in hoc dramate, sicut Polydori umbrae in Hecuba. Prologum eum egisse putat W., convenitque sane prologo sedata, ne dicam frigida, oratio, cujus particulas nonnullas habet Strabo VIII., p. 563. ed. Almelov., III. p. 191. Tauchniz. praeterea Plut. Consol. ad Apollon. t. II. p. 110.: *Ὁ Κρεσφόντης δέ που ὁ παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ, περὶ τοῦ Ἡρακλέους λέγων,*

1.

Εἰ μὲν γὰρ οἰκεῖ, φησὶ, νερτέρας ὑπὸ χθονὸς
ἐν τοῖσιν οὐκέτ' οὖσιν, οὐδὲν ἂν σθένοι.

ubi *Εἰ* est *ὅτι*, quandoquidem: neque enim dubitare poterat umbra de umbra, an esset apud Inferos.

Digitized by Google

2.

Strabo l. c. de Peloponneso: *Περὶ δὲ τῆς φύσεως τῶν τόπων καὶ τούτων* (Laconicorum), *καὶ τῶν Μεσσηνιακῶν, ταῦτα μὲν ἀποδεκτέον λέγοντος Εὐριπίδου. τὴν γὰρ Λακωνικὴν φησιν ἔχειν*

Πολλὴν μὲν ἄροτον, ἐκπονεῖν δ' οὐ ῥᾴδιον·
κοίλη γὰρ, ὄρεσι περίδρομος, τραχεῖά τε,
δυσείσβολός τε πολεμίοις·

τὴν δὲ Μεσσηνιακὴν καλλίκαρπον,

κατάῤῥυτόν τε μυρίοισι νάμασι,
καὶ βουσὶ καὶ ποίμναισιν εὐβοτωτάτην,
οὔτ' ἐν πνοαῖσι χείματος δυσχείμερον,
οὔτ' αὖ τεθρίπποις ἡλίου θερμὴν ἄγαν.

καὶ ὑποβὰς τῶν πάλων φησὶν, ὧν οἱ Ἡρακλεῖδαι περὶ τὰς χώρας ἐποιήσαντο, τὸν μὲν πρότερον γενέσθαι

γαίης Λακαίνης κύριον, φαῦλου χθονὸς,

τὸν δὲ δεύτερον Μεσσήνης,

ἀρετὴν ἐχούσης μεῖζον' ἢ λόγῳ φράσαι.

τὴν δὲ Λακωνικὴν καὶ τὴν Μεσσηνίαν ὁρίζειν αὐτοῦ φήσαντος

Πάμισον (Messeniae fluvium) *εἰς θάλασσαν ἐξορμώμενον,*

οὐ συγχωρητέον. — οὐκ εὖ δὲ οὐδ' ὅ τι, τῆς Μεσσηνίας ὁμοίως ἐπιθαλαττίας οὔσης τῇ Λακωνικῇ, φησὶν αὐτὴν „πρόσῳ ναυτίλοισιν" εἶναι. ἀλλ' οὐδὲ τὴν Ἦλιν εὖ διορίζει,

πρόσω δὲ βάντι ποταμὸν Ἦλις ἡ Λιὸς
γείτων κάθηται.

In hisce *δυσείσβολός τε πολεμίοις* pro *δύσβολός τε πολέμοις*, *νάμασι* pro *ἅρμασι*, et *εὐβοτωτάτην* pro *εὐβοτάτην*, scribendum esse vidit Casaub., *ποίμναισιν* pro *ποιμέσιν* Valck. ad Phoen. 248., qui etiam versum *Πάμισον* etc. eruit. praeterea non est ferendum *ὑποβὰς* pro *ἐπιβὰς*, aggressus, transiens ad, nec soloecismo carent verba *πρόσω δὲ β. ποταμὸν*, sed ponendum esse suspicor *πρόσω δὲ ποταμοῦ βάντι γ'* (vel *βάντος*) *Ἦλις* etc.

3.

Εἰρήνη βαθύπλουτε καὶ καλλίστα μακάρων θεῶν, asynart., 2 glyc.
ξῆλός μοι σέθεν, ὡς χρονίζεις· δέδοικα δὲ μὴ πρὶν priap.
πόνοις ὑπερβάλῃ με γῆρας, iamb. d. hyp.
πρὶν σὰν χαρίεσσαν προσιδεῖν ὥραν, ion. a maj. tr. catal.
καὶ καλλιχόρους ἀοιδὰς, φιλοστεφάνους τε κώμους. asynart., anap. d. brach. log. et glyc. hyp.
ἴθι μοι, πότνα, πάλιν, ion. a min. d. catal.

Digitized by Google

τὰν δ' ἐχθρὰν Στάσιν εἶργ' ἀπ' οἴκων, τὰν μαινομέναν τ' Ἔριν, pri.
θηκτῷ τερπομέναν σιδάρῳ! glyc. hyp.

Carmen Messeniorum, ex quibus constitisse videtur Chorus. factionum atque discordiarum intestinarum (v. Paus. l. c.) pertaesi Pacem implorant, ut redeat. metri inprimis gratia scripsi cum Meinekeo l. c. in prolegomenis Cadmi πότνα pro πότνια. praeterea libri: πόλιν τάνδ' · ἐχθρὰν —, quae emendavit Bergk. apud W. p. 1603.

Choro item tribuerim fragmenta duo, quae sequuntur.

4.

Sextus Empir. Pyrrhon. hypot. III, 24, 230., p. 186., Clem. Alex. Strom. III. p. 432. ed. Sylb., Stob. 119. p. 603.

Ἐχρῆν γὰρ ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους
τὸν φύντα θρηνεῖν, εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά,
τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον
χαίροντας εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων.

Versus etiam a Plutarcho Moral. p. 36, e, et aliis vel omnes, vel ex parte allati, quos ex Euripidis Cresphonte petitos esse docet, qui vertit, Cic. Tusc. Quaest. I, 48. V. 1. Stob. ἐχρ. μέν. Clem. et Aristides t. II. p. 199. ἔδει γάρ. 2. Stob. τὸν ζῶντα. 3. Sext. καὶ κακῶν π.

5.

Stob. 92. p. 511.

Κέρδη τοιαῦτα χρή τινα κτᾶσθαι βροτῶν,
ἐφ' οἷσι μέλλει μήποθ' ὕστερον στένειν.

His chorus Polyphontis violentiam et crudelitatem improbaverit, fortasse post caedem ejus, ut placet Welckero.

E priore colloquio Meropes cum Polyphonte, exprobrantis ei caedem Cresphontis.

6.

Gellius VII, 3. „Recte hoc vitio dat Lucilius poëtae Euripidae, quod, cum Polyphontes rex propterea se interfecisse fratrem (Cresphontem) diceret, quod ipse antea consilium de nece ejus cepisset, Merope fratris uxor hisce eum verbis eluserit:

Εἰ γάρ σ' ἔμελλεν, ὡς σὺ φῂς, κτείνειν πόσις,
χρὴ καὶ σὲ μέλλειν, ὡς χρόνος δῆθεν παρῆν.
Si te, ut ais, interficere vir volvit meus (male codd.: tuus),
Sat erat tibi quoque velle, cum tempus foret."

Neque Euripidis sententiam perspexit bonus vir Gellius, nec, quid reprehenderet Lucilius, intellexit. μέλλειν Graecis dicitur cum is, qui capit, vel cepit, consilium de aliqua re, tum ille, qui cunctatur: priore sensu E. dixit ἔμελλεν, posteriore μέλλειν, mulier autem ludit ambiguo verbo, eumque lusum seu sarcasmum vitio

Digitized by Google

dedisse Euripidi videtur Lucilius, tanquam indignum gravitate tragoediae. sed vere Horatius Sat. I, 10, 14.

— Ridiculum acri
fortius et melius magnas plerumque secat res.

recte Matth. de verbis ὡς· — παρῆν: „Ironice haec dicta esse, particula δῆθεν indicat: quippe tempus scilicet cunctandi aderat, satis temporis erat, ut cunctari et rem differre facile posses.

In has angustias adductus Pol. nihil nisi vulgare istud et ignobile invenit, quod respondeat, se sibi proximum esse.

7.

Schol. Eurip. ad Med. 85. *Τῇ δὲ διανοίᾳ ταύτῃ καὶ ἐν Κρεσφόντῃ κέχρηται οὕτως*

Ἐκεῖνο γὰρ πέπονθ', ὅπερ πάντες βροτοί·
φιλῶν μάλιστ' ἐμαυτὸν οὐκ αἰσχύνομαι.

πάντες pro ἅπαντες Meinek. l. indicato ad fr. 3.

8.

Stob. 31. p. 212.

Αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖσι γίγνεται, τέκνον.

Vox Meropes, postquam filium agnovit, quem interficere voluerat. ita W. p. 835.

Meropes fictae orationes ad Polyphontem post adventum atque agnitionem filii, quibus orationibus securum reddit tyrannum.

9.

Plut. t. II. p. 110, d. *Ἡ δὲ Μερόπη λόγους ἀνδρώδεις προφερομένη κινεῖ τὰ θέατρα, λέγουσα τοιαῦτα,*

Τεθνᾶσι παῖδες οὐκ ἐμοὶ μόνῃ βροτῶν,
οὔδ' ἀνδρὸς ἐστέρην μ', ἀλλὰ μυρίαι
τὸν αὐτὸν ἐξήντλησαν ὡς ἐγὼ βίον.

libri o. ἀνδρὸς ἐστερήμεθ', quod frustra sunt qui tuentur. pro ἐστερῆμαι forte scriptum ἐστερῆμιθ, quemadmodum ante Bentlejum ὄθριζε pro ὀάριζε legebatur apud Hesychium, facile abierit in ἐστερήμεθ'.

10.

Schol. Eurip. Phoen. 159. *Περὶ δὲ τοῦ πλήθους τῶν Νιοβιδῶν αὐτὸς Ε. ἐν Κρεσφόντῃ λέγει*

— Καὶ δὶς ἑπτ' αὐτῆς τέκνα
Νιόβης θανόντα Λοξίου τοξεύμασιν.

Corrupta: nam et inutile est αὐτῆς, et verbo finito caret oratio, quod insolitum. Potest, ut E. dixerit Κεῖδεν δὶς (κειδεδις, κειδις, καιδις) ἑ. αὐτῆς τ. Νιόβη etc.

— viditque septem liberos
Niobe sagittis mortuos Apollinis.

Digitized by Google

11.

Plut. Moral. p. 90, a.

— *Αἱ τύχαι δέ μ᾽,*
μισθὸν λαβοῦσαι τῶν ἐμῶν τὰ φίλτατα,
σοφὴν ἔθηκαν.
Pretio carissimorum fortunae mihi
sapere dederunt.

Meropes verba, Aepytum dormientem, a quo interfectum putat filium, securi percussurae.

12.

Plut. ibidem p. 998, e. *Σκόπει δὲ καὶ τὴν ἐν τῇ τραγῳδίᾳ Μερόπην ἐπὶ τὸν υἱὸν αὐτὸν, ὡς φονέα τοῦ υἱοῦ, πέλεκυν ἀραμένην, καὶ λέγουσαν*

Ὁσιωτέραν δὴ τήνδ᾽ ἐγὼ δίδωμί σοι
πληγὴν
(Te sanctiore ego hac percello scilicet
plaga),

ὅσον ἐν τῷ θεάτρῳ κίνημα ποιεῖ, συνεξορθιάζουσα φόβῳ καὶ δέος, μὴ φθάσῃ τὸν ἐπιλαμβανόμενον (assumtum, adjutorem) *γέροντα, καὶ τρώσῃ τὸ μειράκιον.*

13.

Idem ib. p. 63, a.

Φίλους δὲ τοὺς μὲν μὴ χαλῶντας ἐν λόγοις
κέκτησο, τοὺς δὲ πρὸς χάριν, σὺν ἡδονῇ
τῇ σῇ πονηροὺς, κλεῖθρον εἱργέτω στέγης.

Praeceptum vitae regendae, quod peracta caede Polyphontis mater dat filio jam regnaturo.

XXVI. *ΚΡΗΣΣΑΙ.*

E Matth. p. 129.: „Fabula a Cressarum mulierum, quae Aëropen Catrei Cretensis (imo Cretensium regis, filii Minoïs II. et Pasiphaës vel Cretes. v. Apollod. III, 1, 2. Both.) filiam Argos comitatae erant (Atreo nupturam. B.), choro nominata. In ea Atrei et uxoris Aëropes (v. Helen. 391., Orest. 18.) historiam exhibitam esse apparet e schol. Aristoph. ad Vesp. 759. (733.), et ostendit Bentl. epist. ad Mill. p. 471. seqq. ed. Lips. Etiam Ran. 873. (833.) schol.: *Ἀπολλώνιος δὲ, ὅτι δύναται καὶ εἰς τὴν Ἀντιόπην* (leg. *Ἀερόπην*) *τὴν ἐν ταῖς Κρήσσαις* (sic Bentl. pro *Κρήταις*) *εἰρῆσθαι, ἣν εἰσήγαγε πορνεύουσαν.* Thyestae in ea partes fuisse colligo e schol. Aristoph. Ach. 432. (400.) ad verba *τῶν Θυεστείων ῥακῶν. ἤτοι τὰ τῶν Κρησσῶν, ἢ αὐτοῦ τοῦ Θυέστου.* Inducebatur igitur, puto, Thyestes ab Atreo

Digitized by Google

post adulterium cum Aërope factum in exilium ejectus, (Hygin. fab. 86.) Reverso Thyestae convivium illud apparatum fuit, de quo fr. 12. 13. — Quod vero schol. Soph. Aj. 1297. (1209.) narrat ad verba „*ἐφῆκεν ἑλλοῖς ἰχθύσιν*“: *Ἡ ἱστορία ἐν ταῖς Κρήσσαις Εὐριπίδου, ὅτι διαφθαρεῖσαν αὐτὴν (Ἀερόπην) λάθρα ὑπὸ θεράποντος ὁ πατὴρ Ναυπλίῳ παρέδωκεν ἐντειλάμενος ἀποποντῶσαι· ὃ δὲ οὐκ ἐποίησεν, ἀλλ' ἐνεγγύησε Πλεισθένει* [patri Agamemnonis et Menelai*)], id vel in prologo ejus fabulae, vel ab Atreo opprobriis uxorem vexante, expositum esse censeo. Ad hanc fabulam autem retuli etiam ea, quae ex Atreo vel Thyeste citantur, cujus nominis fabulas Euripideas nullas fuisse ostendit Valck. Diatr. p. 12. (Imo suspicatur tantummodo, nec persuadet, cum notum sit, pluribus interdum nominibus fabulas inscripsisse Graecos. B.)“

Hyginus fab. 258. „Atreus et Thyestes germani cum in dissensione sibi nocere non possent, in simulatam gratiam redierunt; qua occasione Th. cum fratris uxore concubuit. Atr. vero ei filium (ipsius Atrei, Plisthenem, quem pro suo educaverat Th., ut refert Hyg. fab. 86. B.) epulando apposuit. (Hyg. fab. 88., ut inconstans est, promiscue nunc his, nunc illis, usus auctoribus: — „filiosque ejus infantes Tantalum et Plisthenem occidit et epulis Thyesti apposuit; qui cum vesceretur, Atreus imperavit brachia et ora puerorum adferri“) quae sol, ne pollueretur, aufugit. Sed veritatis hoc est, Atreum apud Mycenas (imo „apud Mycenaeos,“ sicut post Thales in Ionia. v. Cic. De Div. I, 49. B.) primum solis eclipsin invenisse; cui invidens frater ex urbe discessit.“ Tres Thyestae liberos obsides ab eo accepisse atque ad aras immolasse Atreum finxit Seneca Thyeste, Sophoclis Atreo insistens vestigiis. v. Hartung. Eur. restit. p. 183. et, quem auctorem citat, schol. Eurip. ad Orest. 16. et 800. Quod attinet ad inventum illud Atrei astronomicum, videntur antea Mycenaei, ut de aliis quoque populis accepimus, adeo perterrefactos fuisse solis defectione, ut de salute

*) Apollod. III, 2, 2. *Ἀερόπην δὲ καὶ Κλυμένην Κατρεὺς Ναυπλίῳ δίδωσιν εἰς ἀλλοδαπὰς ἠπείρους ἀπεμπωλῆσαι. τούτων Ἀερόπην μὲν ἔγημε Πλεισθένης, κ.* (i. e. καὶ, quo siglo utar in posterum) *παῖδας Ἀγαμέμνονα κ. Μενέλαον ἔτεκε·* (sic Hesiodus secundum schol. ad Iliad. α', 7. ipse Apollod. III, 10, 8.: *Μενέλαος Ἀτρέως.*) *Κλυμένην δὲ γαμεῖ Ναύπλιος, κ. τέκναν πατὴρ γίνεται Οἴακος κ. Παλαμήδους.* ibi Heyn. Obs. p. 213.: „Filias Aëropen et Clymenen vendit pater, quod eas stupro corruptas esse intellexerat. cf. Mezir. ad Ovid. Heroid. t. II. p. 250. (Plut. Solone p. 91, a. mos communis, ut videtur, Graecorum, quibus etiam fas fuit mergere impudicas filias vel sorores. B.) — Plisthenis filii fuere Agamemnon et Menelaus, vulgo Atrei habiti: v. Schol. Iliad. β', 249. (cf. praeterea schol. Eur. Orest. 5., Serv. ad Aen. I, 458., Dictyn I, 1., V, 16., quos W. laudavit. B.) Mirum vero, in hunc Nauplium incidisse poëtarum ingenia, cui puellas ad vendendum traditas narrarent: nam etiam Auge ab Aleo patre Nauplio, ut eam venderet, tradita fuit II, 7, 4. §. 3.“

Digitized by Google

sua desperantes vel manus sibi afferrent. igitur eo phaenomeno explicato se populum servasse, et, quamvis fatalem**) ei arietem aureo vellere Thyestes surripuerit, praemium a gratis civibus regnum paternum accepisse dicit Atreus his verbis, quae affert

1.

Achil es Tatius *Περὶ σφαίρας*, Petav. Uranolog. p. 122. 140.,

Δείξας γὰρ ἄστρων τὴν ἐναντίαν ὁδὸν
δήμους τ' ἔσωσα, καὶ τύραννος ἐξόμην.

recte contrarium solis cursum, qui videtur, astrorum se docuisse ait gentes, quo defectio solis efficitur.

Igitur hoc fere videtur argumentum fuisse tragoediae.

Revocatus ab exilio Thyestes, postquam Mycenas rediit cum duobus filiis, ficta benevolentia exceptus ab Atreo in spem regni recuperandi erigitur, et clam instaurata consuetudine cum Aërope rursus insidias struit fratri, suadetque adulterae, ut occidat filios Agamemnonem et Menelaum; quod scelus illa, quamvis improba, tamen abominata

(Apollon. Dysc. Anecd. Bekk. p. 514, 5.

2.

ἐγὼ χάριν σὴν παῖδας οὐ κατακτενῶ.)

nihilominus illicito amori indulgere pergit. qua re comperta Atreus furere, mortemque intentare adultero, qui ad aram confugit, persequente fratre, ut vel inde vi abstrahat nocentem.

(Aristoph. Vesp. 732. [762.]

3.

— *τοῦτο δὲ*
ᾄδης διακρινεῖ πρότερον ἢ 'γὼ πείσομαι.)

sagaciter enim W. huc pertinere sensit ista apud Stobaeum. 44. p. 307.

4.

ἐγὼ γὰρ ὅστις μὴ δίκαιος ὢν ἀνὴρ
βωμὸν προσίζει, τὸν νόμον χαίρειν ἐῶν
πρὸς τὴν δίκην ἄγοιμ' ἄν, οὐ τρέσας θεούς·
κακὸν γὰρ ἄνδρα χρὴ κακῶς πράσσειν ἀεί.

cujus orationis particulam putat etiam quae habet Stob. Eclog. p. 115.,

---

*) Schol. Eurip. ad Or. 792. (812.) *Πέλοπος Ἀτρεὺς κ. Θυέστης ησαν υἱοί, — καὶ ἑκάτερος αὐτῶν τῆς βασιλείας ἀντεποιεῖτο. — συνέθεντο οὖν, εἴ τις αὐτῶν δείξοι τι τέρας, κύριον ἔσεσθαι τῆς ἀρχῆς. ἐν τοῖς ποιμνίοις δὲ τοῦ Ἀτρέως εὑρηται χρυσοῦν ἀρνίον, κ. μέλλοντος Ἀτρέως δείξαι τὸ τέρας ταῖς δικασταῖς, κ. λαβεῖν τὴν ἀρχὴν, Ἀερόπη, ἡ γυνὴ τούτου, μοιχευομένη Θυέστῃ, τῷ ἀνδραδέλφῳ, κλέψασα παρέδωκεν αὐτὸ* etc. cf. Senecam Thyeste, 222. seqq.

Digitized by Google

5.

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα,
καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις;
τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν.

quibus verbis Atreus physicus negat esse deos, per quos eum obtestatur Thyestes supplex. eundem bene promittentem refutat, dicens

6.

Stob. cod. Flor. ap. Gaisford. append. p. 11=382.

(Οὐ) πώποτ' ἔργου μᾶλλον εἱλόμην λόγους.

et querenti, falso se criminatos esse apud eum, respondet, interdum quidem mendacibus haberi fidem, sed saepe etiam vera esse incredibilia,

7.

Aristot. Rhet. II, 23.

Ἀλλ' εἶπερ ἐστὶν ἐν βροτοῖς ψευδηγορεῖν
πιθανὸν, νομίζειν χρή γε καὶ τουναντίον,
ἅπιστ' ἀληθῆ πολλὰ συμβαίνειν βροτοῖς.

Vix tandem cum ab amicis, tum ab uxore exorátur, ut incolumem dimittat fratrem*); nec cessat simultas mutua, sed Thyestes quidem, vix liberatus ab extremo discrimine, clam vetera consilia recolit adeo, ut etiam filium majorem natu quosvis labores rei quaerendae causa adire jubeat, nec turpe adolescenti otium sequi, cum opibus conciliantur amicitiae nuptiaeque nobiles jungantur, quae quo spectent, facile perspicitur;

---

*) Etym. M. p. 796, 10. Ε. *παράγωγον ῥῆμα ἀπὸ τούτου* (a verbo *φλᾶν* sive *φλεῖν*) *ποιήσας φησὶν ἐν Κρήσσαις.*

— *Πρὶν ἂν ἐκφλῆναί με καὶ μαθεῖν λόγον.*

Haec Heathius ita vertit „Priusquam ineptias exuerim et rationem didicerim," quod quaeras quis cui de se dicere putandus sit. Fortasse Atreus dixit Thyestae supplici

Οὐ (scil. *ἀφήσω σε*) *πρὶν γ' ἂν ἐκφλῆναί σε κ. μ. λ.*,

„Non dimittam te priusquam nugas (i. e. amores stultos et regnandi cupidinem) exspueris" etc. Stultitiam Ennianus quoque Atreus Thyesti exprobravit, si divinavimus, infuscata ista apud Nonium v. Cernere „Impetrem facile ab animo ut cernat vitalem babium" sic legenda esse „Imp. ab an. fac. ut cernam non vitalem bambalum", i. e. *βαμβαλὸν*, bambalionem. v. Schneideri lex. gr. v. *βαμβαίνω*, et M. Gesneri Thes. l. l. v. Bambalio, qui etiam ipse attulit illa Ciceronis Philipp. 3, 6. „Tuae conjugis Bambalio quidam pater, homo nullo numero, nihil illo contemtius, qui propter haesitantiam linguae stuporemque cordis cognomen ex contumelia traxerit." de ave *βαμβαλῷ* sive *ἀρδάλῳ*, quae avis latine dicitur ardaleo sive ardelio, Gesn. remittit lectores ad Salmas. ann. ad Vopisci Saturn. cap. 8. p. 724. Ceterum Atreus Ennianus ita responderit suadentibus, ut redire Thyesten pateretur ab exilio.

Digitized by Google

8.

Stob. 29. p. 199.

Οὐκ ἂν δύναιο μὴ καμὼν εὐδαιμονεῖν,
αἰσχρόν τε μοχθεῖν μὴ θέλειν νεανίαν.

9.

Idem. 96. p. 530.

— εἰ δ' ἄτερ πόνων
δοκεῖς ἔσεσθαι, μῶρος εἶ, θνητὸς γεγώς.

10.

Id. 89. p. 502.

ἐπίσταμαι δὲ καὶ πεπείραμαι λίαν,
ὡς τῶν ἐχόντων πάντες ἄνθρωποι φίλοι.

11.

Id. 90. p. 505.

πλούτου δ' ἀποῤῥύεντος ἀσθενεῖς γάμοι·
τὴν μὲν γὰρ εὐγένειαν αἰνοῦσιν βροτοὶ,
μᾶλλον δὲ κηδεύουσι τοῖς εὐδαίμοσιν.)

Atreus vero, primum execratus nuptias mulieresque perfidas atque imperiosas,

12.

(Stob. 70. p. 430.

Γαμεῖτέ νυν, γαμεῖτε, κἄτα θνήσκετε
ἢ φαρμάκοισιν ἐκ γυναικὸς, ἢ δόλοις!

13.

Idem 72. p. 437.

Οὐ γάρ ποτ' ἄνδρα τὸν σοφὸν γυναικὶ χρὴ
δοῦναι χαλινοὺς, οὔδ' ἀφεῖντ' ἐᾶν κρατεῖν·
πιστὸν γὰρ οὐδέν ἐστιν. εἰ δέ τις κυρεῖ
γυναικὸς ἐσθλῆς, εὐτυχεῖ κακὸν λαβών.)

admonetur ab amico, ut quamvis graviter offensus adulterio uxoris, tamen celet ignominiam suam, ne ridiculo sit inimicis. sic enim ille

14.

Stob. 107. p. 579.

Λύπη μὲν ἄτη περιπεσεῖν αἰσχρᾷ τινι·
εἰ δ' οὖν γένοιτο, χρὴ περιστεῖλαι καλῶς
κρύπτοντα, καὶ μὴ πᾶσι κηρύσσειν τάδε·
γέλως γὰρ ἐχθροῖς γίγνεται τὰ τοιάδε.

Ejusmodi dictis placatum se esse simulans Atreus ad coenam vocat fratrem, epulasque funestas instruit, quae in proverbium abierunt. Ipse ad Thyesten inter convivandum

Digitized by Google

15.

Athen. XIV. p. 640, a, b.

τί γὰρ ποθεῖ τραπέζα; τῷ δ' οὐ βρίθεται;
πλήρης μὲν ὄψων ποντίων· πάρεισι δὲ
μόσχων τερείνῃ σαρκὶ χηνεία τε δαὶς,
καὶ πεπτὰ, καὶ κροτητὰ, τῆς ξουθοπτέρου
πελάνῳ μελίσσης ἀφθόνως δεδευμένα.

V. 3. codd. vitiato metro; μ. τέρειναι σάρκες. correxit Hartungus.

Item

16.

Athen. XI. p. 504, 6.

τὰ δ' ἄλλα χαῖρε κύλικος ἐρπούσης κύκλῳ.

Vox Thyestae ora et ossa liberorum suorum afferri videntis, necdum agnoscentis, habetur apud Athen. III. p. 97, a.

17.

— Νόμος δὲ λείψαν' ἐκβάλλειν κυσίν.

Haec supersunt e Cressis, quae fabula et Procnes videntur nobis antiquarum foedissimae*). illam Graecis placuisse, mirum est; Romanis non mirum, domi forisque adspectui sanguinis adsuetis. igitur hoc argumentum, quod dubites an item fuerit Atrei Sophocleae, mediocriter probasse videntur Graeci, in quo elaborando fortasse discordiarum domesticarum horrore mentes perfundere voluit Euripides patriae amantissimus. Romanorum poëtarum Ennii, Attii, Senecae, nota sunt ejusdem argumenti dramata, qui fere exemplar sibi proposuisse videntur Euripideum. Etiam Mamercus Aemilius Scaurus

*) Similem immanitatem nobilis cujusdam Francogalli narrat Joannes de Nostradamus in Vitis poëtarum veterum Francogallorum (Vies des plus célèbres poëtes Provençaux), qui liber quoniam nunc non est ad manum, narrationem istam, liberius redditam a nobis, afferam ex syntagmate carminum et scriptorum prosaicorum, cui titulus „Emma," p. 259. „Guillem de Cabestaing oder Cabestan, aus der alten Ritterfamilie Servieres in der Provence, hatte sich in die Frau von Roussillon verliebt, und sandte ihr einst (denn er war Dichter) ein Lied, zwar, nach der Sitte der Provençalen, an ihren Gemal, Raimond de Seilhans, gerichtet, aber von seinen Gefühlen so durchglüht, dass Triclina's Herz auch Feuer fing. Eine geheime Zusammenkunft erfolgte. Der eifersüchtige Raimond erfuhr sie und schnob Rache. Bald darauf begegnete er im Walde Guillem allein, stach ihn nieder, hieb des Unglücklichen Kopf ab, riss ihm das Herz aus dem Leibe, liess dies daheim von dem Koche zurichten, und setzte es Triclinen vor. Sie ahnte nichts. — „Wie schmeckt dir dies Fleisch?" grinzte er sie an. — „„O! besser als mir je etwas schmeckte."" — „Auch ist es das Eingeweide deines Buhlen." Und er hielt ihr Guillems Kopf vor die Augen. Sie erkannte ihn, sie sank bewusstlos hin. Aber bald erholte sie sich und begann zu Raimond: „Dieses Fleisch war so vortrefflich, dass ich nie anderes essen mag." Und so (schliesst Nostradamus) zog sie einen Dolch hervor und durchbohrte sich die zärtliche Brust." Nescio an ab hoc initio profecti F. L. Stolbergius et Uhlandius composuerint carmina nobilissima, quae inscripta sunt „die Büssende." et „der Kastellan von Couci."

Digitized by Google

scripsit Atreum tragoediam, ut auctor est Dio Cassius LVIII, 24.; sed male cessit viro id opus, siquidem paris sibi conscius crudelitatis Tiberius, tactum se putans, „Si ille me Atreum fecit," inquit, „ego illum faciam Ajacem," et manus sibi ipsum afferre poëtam jussit. Non horruerunt illi abominabile spectaculum coenae Thyesteae, horruit non ignobilis poëta Germanus Joh. Guil. Müllerus, cujus in Aërope tragoedia, quam ante hos 20 annos edidit, ne mentio quidem fit ejus sceleris, sed accepta fama de Plisthene, non Thyestae, ut credebatur, sed Atrei filio Müllerus eum quidem Mycenas venire facit jussu Thyestae ad interficiendum Atreum, et deprehensum supplicio affici, Aëropen vero inducit non omnino malam, sed eam, quam olim admissorum poeniteat, jam conjugis saluti vel vitae ipsius suae pretio prospicientem. quibus moribus congruit tristis Aërope apud Quintilianum XI, 3, 73., et lacrimans in epigrammate Nicodemi (Anthol. Pal. VI, 316.) quod ita legendum arbitror emendatum:

Ἀερόπης δακρύων διερῆς καὶ λείψανα δείπνων
δύσνομα, καὶ ποινὴν, ἔγραφεν Ὠφελίων.

codd. enim *δάκρυον*. genitivus in verbis *δακρύων διερῆς* explicandus, ut in *φύρσω αἵματος* Odyss. σ', 21. et similibus.

Quod restat dicendum, actae sunt fabulae Cressae, Alcmaeon *ὁ διὰ Ψωφῖδος*, Telephus et Alcestis Ol. 85, 2., sive anno ante Chr. nat. 439., ut annotavit Zirndorfer. Chronol. fab. Eurip. p. 120.

XXVII. *K P H T E Σ.*

De Oedipo fama vulgaris cum aliunde nota est, tum e Phoenissarum prologo et ejus fabulae argumento Guelferbytano. ab ea fabula haec, quam tractamus, discrepat et rebus, quae aguntur, et tempore, quo aguntur. Incipit enim hic actio paulo post mortem Polybi, regis Corinthiorum, cujus filium credebant Oedipum.*) Is olim occiso Laïo etiam aurigam ejus injuriosum obtruncasse putandus est: alioqui homo Thebas profectum Oedipum agnovisset; itaque rumor fuit, latrones interfecisse Laïum. (schol. ad Phoen. 44. *τῶν ἵππων ἀφανῶν γενομένων λῃστῶν ἐδόκει τοὔργον γεγονέναι.*) Jam vero, postquam Corinthum se contulit Oedipus ad cernendam Polybi hereditatem, inter bona regis exhibitus est Laïi currus, quem Polybo donaverat Oedipus *τροφεῖα*. eo curru agnito a satellitibus pridem Laïi, nunc Oedipi, mox apparuit, hunc illum interfecisse; quam caedem ulturi satellites odio, ut videtur, peregrini regis et instigati a Creonte, honori ejus invidente, ut apud Sophoclem Oed. R. 363, 585. seqq. (cf. W. p. 539.), in reditu Oedipum (nam Corinthi tutus ab insidiis fuerat) correptum excoecant, supplicio barbaro.**) id eorum unus, quem prologum (cf. fr. 16.) egisse arbitror, ipse fatetur apud scholiasten Eurip. Phoen. 61., qui sic:

1.

Ἐν δὲ τῷ Οἰδίποδι οἱ Λαΐου θεράποντες ἐτύφλωσαν αὐτόν.
Ἡμεῖς δὲ Πολύβου παῖδ' ἐρείσαντες πέδῳ
ἐξομματοῦμεν καὶ διόλλυμεν κόρας.

---

*) Schol. Eurip. ad Phoen. 26. de Oedipo infante: — *Οἱ δὲ, εἰς θάλασσαν ἐκβληθῆναι εἰς λάρνακα, κ. προσοκείλαντα τῇ Σικυῶνι ὑπὸ τοῦ Πολύβου ἀνατραφῆναι· ἔνιοι δὲ καί φασιν αὐτοῦ εἶναι παῖδα.* ll. inepte *αὐτόν*. malim etiam *ἔν. δὲ καὶ ἔφασαν*, ut hoc tantum dicat schol. fuisse tum Corinthi et in Graecia, qui Oedipum pro filio Polybi haberent. nam scriptores quosdam id tradidisse dubito.

**) V. Aelian. V. H. V, 11., Herodot. VIII, 116. et ibi Bähr. Xenophon Exped. Cyri I, 9, 13. de Cyro: *Οὐ μὲν δὴ οὐδὲ τοῦτ' ἄν τις εἴποι, ὡς τοὺς κακούργους κ. ἀδίκους εἶα καταγελᾶν, ἀλλ' ἀφειδέστατά πάντων ἐτιμωρεῖτο· πολλάκις δ' ἦν ἰδεῖν παρὰ τὰς στειβομένας ὁδοὺς καὶ ποδῶν, καὶ χειρῶν, καὶ ὀφθαλμῶν στερουμένους ἀνθρώπους.* W. p. 538. not. 3.: Zur Strafe verlieren die Augen Phineus, Thamyris; Väter stechen sie ihren Kindern aus, wie Amyntor dem Phönix bei E., wie Echetos bei Apollonius IV, 1093. seiner Tochter, Desmontes der Melanippe Hygin. 186. Hekabe blendet bei E., um sich zu rächen, den Polymestor. Nach Heraklides Polit. 29. wurden bei den Lokrern dem Diebe, nach zwei Spätern dem Ehebrecher, die Augen ausgestochen. Dieselbe Strafe, unter andern Verstümmelungen, war bei den alten Deutschen üblich, s. Jac. Grimms D. Rechtsalterth. S. 707., und in der Geschichte des mittelalterlichen Europa, besonders in der fränkischen und in der Altenglands, begegnet man ihr kaum weniger oft als in Ritters Asien."

Digitized by Google

neque contentus ea immanitate Creon etiam in vincula conjicere videtur voluisse Oedipum, sicut postea ejus filii (Phoen. 64.); verum id prohibuerunt amici regis, bene de Thebanis meriti, omniumque maxime ipsa Creontis soror, Iocaste, Oedipi uxor amantissima, cujus obstinationem vituperari putes a Creonte his verbis apud

2.

Stob. 71. p. 431.

Ἄλλων δὲ πάντων δυσμαχώτατον γυνή.

ἄλλων enim, veterem scripturam, restituo, cum frigeat ex aliquot scriptis, in quibus A. Paris. et Voss., a Gaisfordio prolatum *ἄλλως*. Insolentius etiam turba satellitum, ni fallor, secundas agens, de regina

3.

Clem. Alex. Strom. IV. 499., Stob. item 71.,

Πᾶσα γὰρ ἀνδρὸς, inquit, *κακίων ἄλοχος,*
κἂν ὁ κάκιστος
γήμῃ τὴν εὐδοκιμοῦσαν:

pejores enim ac scelestiores ait esse omnes mulieres viris, quibus nuptae sint, quamvis pessimis ipsae secunda fama. Igitur illis opitulantibus regnum Thebarum usurpavit Creon. quam injuriam queritur Iocaste, dicens

4.

Stob. 38. p. 222.

Φθόνος δ' ὁ πολλῶν φρένα διαφθείρων βροτῶν
ἀπώλεσ' αὐτὸν, κἀμὲ συνδιώλεσεν.

Ejusdem orationem esse puto illam

5.

Stob. 7. p. 86.

Πότερα γενέσθαι δῆτα χρησιμώτερον
συνετὸν ἄτολμον ἢ θρασύν τε κἀμαθῆ;
τὸ μὲν γὰρ αὐτῶν σκαιὸν, ἀλλ' ἀμύνεται,
τὸ δ' ἡσυχαῖον ἀργόν· ἐν δ' ἀμφοῖν νόσος.

sapiens enim ille vir, qui nihil audet, videtur dici Oedipus, audax vero et rudis Creon, qui cum factione sua facile opprimi potuisset ab Oedipo rege, nunc autem superior factus est propterea quod quietem ille nimium amavit ita ut deses atque ignavus esse videretur. Jam foede mutilatum e conspectu hominum amovendum censet benevola mulier et Pfeffelii poëtae nostra memoria uxori probissimae comparanda.

6.

Stob. 108. p. 579.

Ἐκμαρτυρεῖν γὰρ ἄνδρα τὰς αὐτοῦ τύχας
εἰς πάντας ἀμαθὲς, τὸ δ' ἐπικρύπτεσθαι σοφόν.

Digitized by Google

se ipsam vero constanter ac fideliter apud eum mansuram dicit, ut quae mentem ac virtutem praeferat formae, nec famulae marito praestare officia, ut deceat, recusaturam; praeterea mutabiles esse hominum fortunas, et Justitiam progressu temporis omnia in lucem proferre; quibus in dictis inest ultionis futurae significatio.

7.

Stob. Ecl. phys. p. 149.

Ἑνὸς δ' ἔρωτος ὄντος οὐ μί' ἡδονή·
οἱ μὲν κακῶν ἐρῶσιν, οἱ δὲ τῶν καλῶν.
ὁ δ' εἰς τὸ σῶφρον ἐπ' ἀρετήν τ' ἄγων ἔρως
ζηλωτὸς ἀνθρώποισιν, ὧν εἴην ἐγώ.

Postremos duo versus laudavit Aeschin. c. Tim. p. 355. ed. Bekker., item Hermogenes.

8.

Stob. 64. p. 409.

Νοῦν χρὴ θεᾶσθαι δή· τί τῆς εὐμορφίας
ὄφελος, ὅταν μὴ τὰς φρένας καλὰς ἔχῃ;

Vulgo ll. nullis numeris N. *χρὴ θεάσασθαι· οὐδέν τι τῆς εὐμ. ὄφ., ὅταν τις μὴ φρένας κ. ἕ.* B. Paris. *θεᾶσθ'. Θεασθου* ortum puto ex *θεασθαι*, δε autem forte scriptum pro *δὴ*, ut saepe alias, degnerasse in —*δέν*. tum Paris A et Trinc. *τὰς φρένας*, a quo initio profectus Pierson. apud Valck. expunxit *τὶς*, quod passim intelligitur.

9.

Stob. 1.

Οὗτοι νόμισμα λευκὸς ἄργυρος μόνον
καὶ χρυσός ἐστιν, ἀλλὰ κἀρετὴ βροτοῖς
νόμισμα κεῖται πᾶσιν, ᾗ χρῆσθαι χρεών.

10.

Idem 67. p. 424.

Πᾶσα γὰρ δούλη πέφυκεν ἀνδρὸς ἡ σώφρων γυνή,
ἡ δὲ μὴ σώφρων ἀνοίᾳ τὸν ξυνόνθ' ὑπερφρονεῖ.

Priorem versum Stob. habet etiam 65. p. 411.

11. 12.

Id. 103. p. 562. sequ.

Πολλάς γ' ὁ δαίμων τοῦ βίου μεταστάσεις
ἔδωκεν, ἡμῖν μεταβολάς τε τῆς τύχης.

Ἀλλ' ἡμέρα τοι μεταβολὰς πολλὰς ἔχει.

Haec potius ex persona chori Thebanorum dicta esse videantur.

Digitized by Google

13.

Stob. Eclog. phys. 7. p. 119.

— Ὁρῶ γὰρ ἐν χρόνῳ
Λίκην ἅπαντ' ἄγουσαν εἰς φάος βροτοῖς.

Tanta caritate, quam non speraverat, Oed. gavisus exclamat

14.

Stob. 110. p. 581.

Ἐκ τῶν ἀέλπτων ἡ χάρις μείζων βροτοῖς
φανεῖσα μᾶλλον ἢ τὸ προσδοκώμενον.

(sic quidem ll., sed putida est haec oratio, ut malim — φανεῖσ' ἂν ἄλλων ἐστὶ προσδοκωμένων.) magnumque viro regnum esse ait liberos et probam uxorem, quibus carere aeque durum ei videtur ac patria et opibus privari.

15.

Idem 65. p. 411.

Μεγάλη τυραννὶς ἀνδρὶ τέκνα καὶ γυνή.
ἴσην γὰρ ἀνδρὶ συμφορὰν εἶναι λέγω
τέκνων γ' ἁμαρτεῖν καὶ πάτρας, καὶ χρημάτων·
ἀλόχου τε κεδνῆς, ὡς μόνη τῶν χρημάτων
ἡ κρεῖσσόν ἐστι τἀνδρὶ, σώφρον' ἂν λάβῃ.

ll. τέκνων θ' ἁμ.. — ὡς μόνων τ. χ. ἡ κρ. ἐ. etc., quae male habuerunt viros doctos. equidem τέκνων γ' forte in τ. τ' mutatum arbitror; correctoris fuerit τ. θ'. jam hoc relato ad ἀλόχου τε κ. turbata est oratio, alioqui obscurata mendis μόνων et ἡ. quodsi divinavimus, primum de liberis solis dixit Oed., deinde de praestantia probae uxoris. ἀλ. τε κεδνῆς, et quod attinet ad probam uxorem. in ὡς intelligendum λέγω ex superioribus. μόνη abierit in μόνῳ, sicut permixtas haud raro scimus η et ω litteras. denique ἡ est αὕτη, ut Ione 457. (517.) ἡ γὰρ ἀρχὴ etc. Ceterum in amore splendido conjugali domesticaque miserorum concordia hoc drama velut acquievit.

Verba de Sphinge

16.

Aelian. H. A. XII, 7., Erotian. p. 378. (cf. Athen. XV, p. 701, b.)

Οὐρὰν δ' ὑπίλασ' ὑπὸ λεοντόπουν βάσιν
καθέζετ'.

ad prologum referunt. Emendemus in transcursu Hyginum fab. 67. „Interim Sphinx Typhonis in Boeotiam est missa, quae agros Thebanorum vexabat. ea regi Creonti simultatem constuit, si carmen, quod posuisset, aliquis interpretatus esset, se inde abire" etc. Quid? „simultatem"? Imo „simulate" id constituit, ut quae sibi persuaderet, neminem soluturum esse aenigma suum. sic etiam fab. 84. de Oenomao: — simultatem constituit, se ei daturum (scil. „filiam

Digitized by Google

in matrimonium), qui secum quadrigis certasset, victorque exisset, quod is equos aquilone velociores habuit" etc. ibi quoque simili de causa reponam „simulate," nisi quis audiat Munckerum, suo periculo explicantem: „H. e. legem sive conditionem proposuit." pro „posuisset" expectes „proposuisset," sed talia condonanda sunt Hygino. Praeterea in isto capite nihil est, quod huc faciat. ne illa quidem congruunt, quae Hyg. narrat de pestilentia coorta Thebis „ob Oedipodis scelera," siquidem eo tempore, quo agi res hujus dramatis finguntur, nondum cognita erant ista, quae dicit, scelera, sed Polybus adhuc pater Oedipi perhibebatur. v. fragm. 1. Multi sunt de Oedipo tragoedia cum hujus nostri, tum Sophoclis, Attii, Senecae, W. Gr. Trag. p. 537.—556., C. F. Hermanh. Quaest. Oedipodearum capitibus tribus, a. 1837 ediis, G. Hermann. in crisi ejus libri (Zeitschr. f. Alterthumsw. 1837., p. 793.—98.) Hartung. Eurip. restit. p. 244.—254.; nos ea tantum attigimus, quorum satis certa sunt vestigia in fragmentis.

17.

„Hesych. *Ἀναρθρος*: *ἄτονος, ἀσθενής. Ε. Οἰδίποδι.* Vid. Valck. ad Phoen. 1538." Matth. Etiam hoc sapit prologum, ut quo Oedipi infantis debilitas ob perforatos pedes significata esse videatur.

XXXIV. *OINEYΣ.*

Apollodorus I, 8, 5. et 6. — *Τυδεὺς μὲν οὖν, ἐπὶ Θήβας μετὰ Ἀδράστου στρατευσάμενος, ὑπὸ Μελανίππου τρωθεὶς ἀπέθανεν· οἱ δὲ Ἀγρίου* (fratris Oenei, de quo ad Meleagrum) *παῖδες Θερσίτης, Ὀγχηστός, Πρόθοος, Κελεύτωρ, Λυκωπεύς, Μελάνιππος, ἀφελόμενοι τὴν Οἰνέως βασιλείαν τῷ πατρὶ ἔδωκαν, καὶ προσέτι ζῶντα τὸν Οἰνέα καθείρξαντες ᾐκίζοντο. ὕστερον δὲ Διομήδης, ἐξ Ἄργους παραγενόμενος μετ' ἄλλου**) *κρύφα, τοὺς μὲν Ἀγρίου παῖδας χωρὶς Ὀγχηστοῦ καὶ Θερσίτου πάντας ἀπέκτεινεν (οὗτοι γὰρ φθάσαντες εἰς Πελοπόννησον ἔφυγον), τὴν δὲ βασιλείαν, ἐπειδὴ γηραιὸς ἦν ὁ Οἰνεύς, Ἀνδραίμονι τῷ τὴν θυγατέρα τοῦ Οἰνέως γήμαντι δέδωκε, τὸν δὲ Οἰνέα εἰς Πελοπόννησον ἦγεν· οἱ δὲ διαφυγόντες Ἀγρίου παῖδες ἐνεδρεύσαντες περὶ τὴν Τηλέφου ἔστιαν τῆς Ἀρκαδίας τὸν πρεσβύτην ἀπέκτειναν. Διομήδης δὲ τὸν νεκρὸν εἰς Ἄργος κομίσας ἔθαψεν, ἔνθα νῦν πόλις ἀπ' ἐκείνου*

*) *ἄλλου.* Ephorus apud Strab. X, 2, 26., p. 462. auctor est Alcmaeonem Diomedi opem tulisse adversus avi inimicos. v. W. p. 584., not. 2. Sthenelum nominat Hyg.; sed affecta haec esse arbitror, malimque *παρ. μεταλλῆν κρ.*, ut Calydonem venisse dicatur Diom. clam exploratum, quid ageret Oeneus, de quo fama incerta percrebuerat. id mire convenit argumento hujus fabulae.

Digitized by Google

Οἰνόη καλεῖται, κ. γήμας Αἰγιάλειαν τὴν Ἀδράστου, ὡς (δὲ) ἔνιοί φασι τὴν Αἰγιαλέως, ἐπί τε Θήβας κ. Τροίαν ἐστράτευσε. Schol. Aristoph. Ach. 385. (417.) *Γέγραπται τῷ Εὐριπίδῃ δρᾶμα Οἰνεύς. Μετὰ δὲ τὸν θάνατον Τυδέως κ. ἐπιστράτευσιν Διομήδους κατὰ Θηβαίων ἀφῃρέθη τὴν βασιλείαν Οἰνεὺς ὑπὸ τῶν Ἀγρίου παίδων, κ. περιῆει ταπεινὸς, ἄχρις οὗ ἐπανελθὼν Διομήδης Ἄγριον μὲν ἀνεῖλε, τὴν βασιλείαν δὲ Οἰνεῖ παρέδωκε.* Non Thebis, sed Troja reversum Diomedem opitulatum esse Oeneo narrat Hyginus fab. 175., Antonino Liberali 37. et Pausania IV, 35, 1. consentientibus, sed veriorem puto cum Hartungo Apollodorum. Operae pretium est ipsa Hygini verba adscribere emendata. „Agrius, Parthaonis filius, ut vidit Oeneum fratrem orbum liberis factum, regentem regno expulit atque ipse regnum possedit. Interim Diomedes, Tydei filius et Deipyles, Ilio devicto ut audivit, avum suum regno pulsum, pervenit in Aetoliam cum Sthenelo, Capanei filio, et armis contendit cum Lycopeo, Agrii filio. quo interfecto Agrium regentem e regno expulit atque Oeneo avo suo regnum restituit; postque Agrius regno expulsus ipse se interfecit.“ Codices utroque horum locorum absurde „egentem e regno expulit.“ „regentem“ Hyg. dixit regem; r forte haustum est ab m littera, quae antecedit. Seneca de Ira II, 15.: „Nemo potest regere, nisi qui regi.“ Claudianus Cos. Honor. IV, 299.: „Componitur orbis Regis ad exemplum, neque sic inflectere sensus Humanos edicta valent quam vita regentis.“

Quae supersunt hujus tragoediae fragmenta omnia ad principia ejus pertinent, adventum Diomedis ad Calydonem habitu peregrini, quo clam exploret statum rerum, et colloquium ejus cum Oeneo, in quem forte primus incidit, opus facientem in agro novi regis, qui cognationis immemor avunculum mercenarii loco habet. senex inopia et aegritudine deformis primum neque agnoscitur a nepote, neque illum agnoscit.

Prologum agit Diomedes adveniens, cujus prologi hoc initium est.

1.

Schol. Aristot. Rhet. III, 16.

Ὦ γῆς πατρῴας χαῖρε φίλτατον πέδον
Καλυδῶνος, ἔνθεν αἷμα συγγενὲς φυγὼν
Τυδεὺς, τόκος μὲν Οἰνέως, πατὴρ δ' ἐμὸς,
ᾤκησεν Ἄργος, παῖδα δ' Ἀδράστου λαβὼν
συνῆψε γένναν.

αἷμα σ. φυγών. Apollod. l. c. 4. *Τυδεὺς δὲ ἀνὴρ γενόμενος γενναῖος ἐφυγαδεύθη, κτείνας, ὡς μέν τινες λέγουσιν, ἀδελφὸν Οἰνέως Ἀλκάθοον, ὡς δὲ ὁ τὴν Ἀλκμαιωνίδα γεγραφὼς, τοὺς Μέλανος* (fratris Oenei) *παῖδας ἐπιβουλεύοντας Οἰνεῖ, — — ὡς δε Φερεκύδης φησὶν, Ὠλενίαν ἀδελφὸν ἴδιον. Ἀγρίου δὲ δίκας ἐπάγοντος αὐτῷ, φυγὼν εἰς Ἄργος, ἦκε πρὸς Ἄδρα-*

Digitized by Google

στον, κ. τὴν τούτου γήμας θυγατέρα Δηϊπύλην ἐγέννησε Διομήδην.

Ad urbem proficiscens Diom., fortasse cum amico seu comite, Oeneum in agro regio inventum speculandi causa compellat, primum viam vel aliquid explorans, quo peregrinus esse videatur, dein pannos*) miserumque generosi senis habitum miratus quaerens, quis sit, et quo casu infimi generis hominum conditione ac fortuna utatur. Cui Oeneus, vir mitis et affabilis, ita respondet:

2.

Stob. 112. p. 583.

Σχολὴ μὲν οὐχί, τῷ δὲ δυστυχοῦντί πως
τερπνὸν τὸ λέξαι, κἀποκλαύσασθαι πάλιν.

Se regem fuisse minime violentum, sed justum et aequum; aliis vero alios mores placere, et improbos opibus atque successibus elatos quidvis audere, nec poenas se fortasse scelerum daturos esse arbitrari. Fidos homini esse neminem praeter liberos; aliorum, vel cognatorum, mentes lucri cupidine obscurari, et divitiis vulgi opinionem trahi retrahique, velut a magnete lapide.

3.

Clemens Al. Strom. VI, p. 619. sequ. ed. Sylb.

Ἀλλ' ἄλλος ἄλλοις μᾶλλον ἥδεται τρόποις.

4.

Stob. 104. p. 565.

Ὅταν κακοὶ πράξωσιν, ὦ ξένοι, καλῶς,
ἅγαν κρατοῦντες κοὐ νομίζοντες δίκην
δώσειν, ἔδρασαν πάντ' ἐφέντες ἡδονῇ·

5.

Idem 73. p. 448.

Ὡς οὐδὲν ἀνδρὶ πιστὸν ἄλλο πλὴν τέκνων·
κέρδους δ' ἕκατι καὶ τὸ συγγενὲς νοσεῖ.

6.

Suidas. Ἡρακλείαν λίθον τινὲς τὴν μαγνησίαν ἀπέδοσαν διὰ τὸ τὴν Ἡρακλείαν τῆς Μαγνησίας εἶναι. οἱ δὲ, ὅτι ἡ μὲν ἐπισπωμένη τὸν σίδηρον Ἡρακλειῶτις, ἡ δὲ μαγνῆτις ἀργύρῳ ὁμοία ἐστὶν, ὡς Ε. ἐν Οἰνεῖ

*) Aristophanes Ach. l. c. in superioribus:
Τὰ ποῖα τρύχη; μῶν ἐν οἷς Οἰνεὺς ὁδὶ
ὁ δύσποτμος γεραιὸς ἠγωνίζετο;
schol.: — τρύχη δὲ τὰ ῥάκη τραγικῶς.

Digitized by Google

— — τὰς βροτῶν
γνώμας σκοτῶν ἄν, ὥστε μαγνῆτις λίθος,
τὴν δόξαν ἕλκει καὶ μεθίησιν πάλιν.

οὐ λέγει νῦν ὑπὸ τῆς μαγνήτιδος λίθου τὸν σίδηρον, ἀλλὰ τὴν τῶν θεωμένων δόκησιν ἕλκεσθαι πλανωμένων ὡς ἐπὶ ἀργύρῳ. ll. — σκοπῶν, ὥστε — καὶ μεθίστησιν π. imo σκοτῶν, scil. ἄργυρος seu πλοῦτος: nam eum sive opulentiam dicit Oeneus, quae homines alliciat, deficiens autem velut remittat alienetque animos. tantum non vere Musgr. γν. σκοτίζων, ὥστε —. μεθιέναι vero recte opponitur τῷ ἕλκειν, non item μεθιστάναι. non ignobile hic agi genus istud lapidum, argenti simile, de quo Suidas cogitabat, probe intellexit W., neque olim haec fefellerunt Platonem, qui respicit Ione p. 533., d, dicens: — θεία δὲ δύναμις, ἥ σε κινεῖ, ὥσπερ ἐν τῇ λίθῳ, ἣν Εὐρ. μὲν μαγνῆτιν ὠνόμασεν, οἱ δὲ πολλοὶ Ἡρακλείαν· καὶ γὰρ αὕτη ἡ λίθος οὐ μόνον αὐτοὺς τοὺς δακτυλίους ἄγει τοὺς σιδηροῦς, ἀλλὰ καὶ etc.

In primis, quae ex Oeneo quaesivit Diomedes, hoc fuit, agrumne, in quo opus faciebat, proprium coleret, an alienum. id habet

7.

Philostratus Heroic. p. 663. ed. Olear., p. 12. Boissonad., ubi haec leguntur: Νυνὶ δέ μοι ἐκεῖνο εἰπέ· οἰκεῖα γεωργεῖς ταῦτα, ἢ δεσπότης μὲν αὐτῶν ἕτερος, σὺ δὲ τρέφοντα τοῦτον τρέφεις, ὥσπερ ὁ τὸν τοῦ Εὐριπίδου Οἰνέα; ὥσπερ — Οἰνέα; scil. τρέφων. perperam ll. ὥσπερ τὸν etc. Haec ita in numeros restituas:

— Νῦν ἐκεῖνο δ' εἰπέ μοι·
οἰκεῖα ταῦτα γηπονεῖς, ἢ δεσπότης
αὐτῶν μὲν ἕτερος, σὺ δὲ τρέφοντά νιν τρέφεις;

γεωργεῖς orator substituit poëtico verbo, quod habetur Rhes. 73. quemadmodum et τοῦτον dixit pro νίν. minus commode Matth. initium putabat versus

σὺ δὴ τρέφοντά νιν τρέφεις —,

nec δὴ est hujus loci.

8.

Quod senex negavit otium sibi esse ab labore, eo pertinuerint ista Comici Ach. 438. (471.)

— καὶ γὰρ εἰμ' ἄγαν
ὀχληρὸς, οὐ δοκῶν γε κοιράνους στυγεῖν.

valde molestum se ait esse dominis, quamvis non conscius sibi odii in illos. quae oratio egregiam senis indolem prodit animumque placabilem. scholiastes ibi: Τοῦτο πεπαρῴδηται ἀσήμως ἐξ Οἰνέως Εὐριπίδου. ὁ δὲ Σύμμαχος καὶ ἐκ Τηλέφου φησὶν αὐτό. ubi suspiceris legendum esse εὐσήμως. ceterum Euripidis

Digitized by Google

editores et vix graece et, spreta Aristophaneorum codicum auctoritate, *ὀχλ. οὖν δοκῶν γε* etc.

Vilia servorum officia obire in regia apud Agrium filiosque ejus epulantes coactum se fuisse, priusquam in rus ejiceretur, Oeneus significat illis, quae attulit

9.

Athen. XV., p. 666, c. sic enim ibi grammaticus: *Κότταβος δ' ἐκαλεῖτο (καὶ) τὸ τιθέμενον ἄθλον τοῖς νικῶσιν ἐν τῷ πότῳ, ὡς Ε. παρίστησιν ἐν Οἰνεῖ, λέγων οὕτως*

Πυκνοῖς δ' ἔβαλλον Βακχίου τοξεύμασι
κάρα γέροντος, τὸν βαλόντα δὲ στέφειν
ἐγὼ 'τετάγμην ἄθλα κότταβον διδούς.

Matth.: „*Κάρα γέροντος* (imo *γέρων*. Both.) est Manes, ut recte Schweigh. De cottabo elegans et erudita est disputatio Fr. Jacobsii in Wielandi Museo Attico." cf. Schneideri lex v. *κότταβος*.

10.

Quaerentis ex avo Diomedis, an omni auxilio destitutus sit, et respondentis Oenei, sunt haec apud schol. Aristoph Ran. 72.

(*Δ.*) *Σὺ δ' ὦδ' ἔρημος ξυμμάχων ἀπόλλυσαι;*
(*Ο.*) *Οἱ μὲν γὰρ οὐκέτ' εἰσίν, οἱ δ' ὄντες κακοί.*

auxiliatores sive eos, qui opem ipse ferre possent, si viverent, inprimis Oeneus dicit Meleagrum et Tydeum, malos autem superstites Agrium et filios ejus.

Tandem avus et nepos alter alterum agnoscunt, narratque Diomedes inter alia de expeditione Epigonorum.

11.

Erotianus p. 362. *Τιμωρέουσα: βοηθοῦσα, ὡς καὶ Ε. ἐν Οἰνεῖ φησιν*

Ἐγὼ δὲ πατρὸς αἶψ' ἐτιμωρησάμην
σὺν τοῖς ἐφηβήσασι τῶν ὁλωλότων.

12.

Hesych. *Ἀκρίζων*: *ἄκροις ποσὶν ἐπιπορευόμενος. Ε. Οἰνεῖ.* Fortasse dictum de Diomede clam accedente ad Oeneum metu, ne forte in inimicum incidat.

Oenei exemplum, quo se consolentur, senibus infelicibus proponens Timocles Comicus Athen. VI, p. 223, d,

Γέρων τις ἀτυχεῖ; inquit, *κατέμαθεν τὸν Οἰνέα.*

Qui hoc attulit, Hartung. Eur. restit. p. 160., laudavit etiam illa Nasonis Heroïd. IX, 153.:

— Solio sedet Agrius alto,
Oenea desertum nuda senecta premit,

Digitized by Google

neque Attii imitationem hujus tragoediae commemorare oblitus est, ex quibus, quam celebris olim fuerit, intelligitur. Herm. Zirndorfer. Chronol. fab. Eurip. p. 121. annotavit, Oeneum, Bellerophontem, Inonem et Phoenicem cum irrideat Comicus Acharnensibus, quam fabulam docuit Ol. 88, a. 3., aerae Christ. 426., ex eo existimari posse de tempore, quo actae fuerint illae tragoediae.

XXXV. *OINOMAOΣ.*

Hyginus fab. 84.: Oenomaus, Martis et Asteropes (Atlantis) filiae filius, habuit in conjugio Euareten, Acrisii filiam, ex qua procreavit Hippodamiam virginem eximiae formae, quam nulli ideo dabat in conjugium, quod sibi responsum fuit, a genero mortem cavere. Itaque cum complures eam peterent in conjugium, simulate (ll. „simultatem," de quo ad Oedipi fr. 16.) constituit, se ei daturum, qui secum quadrigis certasset, victorque exisset, quod is equos aquilone velociores habuit, victus autem interficeretur. Multis (17 dicit Paus. El. post. c. 21.) interfectis novissime Pelops, Tantali filius, cum venisset et capita humana super valvas fixa vidisset eorum, qui Hippodamiam (in) uxorem petierant, poenitere coepit," (ita Barth. ll. „poen. eum coepit", a quibus abhorret „timens"), regis crudelitatem timens. itaque Myrtilo aurigae ejus persuasit, regnumque ei dimidium pollicetur, si se adjuvaret. fide data Myrtilus currum junxit et clavos in rotas non conjecit: itaque equis incitatis currum defectum Oenomai equi distraxerunt. Pelops — — Hippodamiam in patriam abduxit suam, quod Peloponnesum appellatur" etc. Falso Hyg. Peloponnesum dixisset patriam Pelopis, neque sic hallucinatur. hanc manum ejus esse arbitror „Hipp. in Apiam abduxit secum, a quo Pel. app." formam Peloponnesum ferendam esse, ut Macaronesum apud Isidorum XIV, 6, similiaque apud eundem et alios, ostendit Munckerus. de Apia terra v. Apollod. II, 1, 1. etc.

Paucae sunt hujus dramatis reliquiae et eae, ex quibus oecônomia ejus intelligi vix potest. W. p. 674.: — „Es scheint, dass Oen. zuerst allein auftrat und trübe Betrachtungen über seine Lage anstellte, da das einzige Kind, das er hatte, ihm soviel zu schaffen machte."

Igitur hae fuerint Oenomai, senectutis suae sollicitae pertaesi et crudelitatis sibi conscii, orationes.

1.

Stob. 115. p. 590.

Ὅστις δὲ θνητῶν βούλεται δυσώνυμον
εἰς γῆρας ἐλθεῖν, οὐ λογίζεται καλῶς·
μακρὸς γὰρ αἰὼν μυρίους τίκτει πόνους.

Digitized by Google

2.

Idem 74. p. 451.

Ἀμηχανῶ δ' ἔγωγε κοὐκ ἔχω μαθεῖν,
εἴτ' οὖν ἄμεινόν ἐστι γίγνεσθαι τέκνα
θνητοῖσιν, εἴτ' ἄπαιδα καρποῦσθαι βίον·
ὁρῶ γὰρ, οἷς μὲν οὐκ ἔφυσαν, ἀθλίους,
ὅσοισι δ' εἰσὶν, οὐδὲν εὐτυχεστέρους·
καὶ γὰρ κακοὶ γεγῶτες ἐχθίστη νόσος,
κἂν αὖ γένωνται σώφρονες κακῶν μέτα,
λυποῦσι τὸν φύσαντα, μὴ πάθωσί τι.

ll. versu 7. *κ. α. γ. σώφρονες, κακὸν μέγα· Λυποῦσι* etc. Adeone nugari Euripidem, ut magnum malum dicat probos liberos propterea, quia parentes, si quid iis acciderit, affliguntur? Apage istiusmodi sapientiam! recte vero philosophus tragicus affligi dicit parentes, si quid adversi probis inter improbos liberis eorum acciderit. — v. 4. malim *οἱ μὲν ο. ἔφ.*, „qui non genuerunt.“ cf. v. 8.

3.

Idem 56. p. 374.

Ὁ πλεῖστα πράσσων πλεῖσθ' ἁμαρτάνει βροτῶν.

Grot.: Peccare quisque plus solet, quo plus agit.“ *Πολυπράγμων* fuit Oenomaus: quare metuit, ne multum agendo aliquando delinquat. praesentia quidem laeta esse tot procis filiae devictis, sed ex eorum infortuniis se existimare, quid sibimet fortasse ipsi instet calamitatis:

4.

Clem. Al. Strom. VI. p. 625, a.

Τεκμαιρόμεσθα τοῖς παροῦσι τἀφανῆ.

Amicus aliquis dolenti regi patientiam commendasse videtur his verbis apud

5.

Stob. 97. p. 538.

Ἔν ἐστι πάντων πρῶτον εἰδέναι τόδε,
φέρειν τὰ συμπίπτοντα μὴ παλιγκότως,
χοὗτός γ' ἀνὴρ ἄριστος, αἵ τε συμφοραὶ
ἧσσον δάκνουσιν. ἀλλὰ ταῦτα γὰρ λέγειν
ἐπιστάμεσθα, δρᾶν δ' ἀμηχάνως ἔχει.

ll. *Ἔνεστι πάντων* etc., quod Erfurdt. aliique emendaverunt. 3. *χοὗτος ἀνήρ.* „*καὶ οὗτος ἀνὴρ* (sic. ll. inconcinne. Both.), nimirum *ὃς ἂν τὰ συμπίπτοντα μὴ παλ. φέρῃ.*“ Matth.

Curru Oen. excussus casu moritur secundum scholiasten Apollonii Rhod. I, 752., vel de salute sua desperans manus sibi affert secundum Diodorum Sic. IV, 75. qua re laetus, opinor, Chorus famulorum sive comitum Pelopis

Digitized by Google

6.

Orion. V, 5.

Ἐγὼ μὲν, inquit, *εὖτ' ἂν τοὺς κακοὺς ὁρῶ βροτῶν πίπτοντας, εἶναί φημι δαιμόνων γένος.*

ubi male legitur *κακῶς*.

Igitur mortui cadaver apportatur in scenam, inopinato casu attonita Hippodamia. quam nutrix, ni fallor, his verbis consolatur

7.

Stob. 121. p. 613.

Ἀλλ' ἐστὶ γὰρ δὴ κἀν κακοῖσιν ἡδονὴ θνητοῖς, ὀδυρμοὶ δακρύων τ' ἐπιῤῥοαί· ἀλγηδόνας δὲ ταῦτα κουφίζει φρενῶν, καὶ καρδίας ἔλυσε τοὺς ἄγαν πόνους.

XXXVI. *ΠΑΛΑΜΗΔΗΣ.*

De Palamede, Nauplii, regis Euboeae, filio, Homerus *οὐδὲ γρῦ*, quod mireris, recentiores multi multa et diversa, partim putida, nec verisimilia, quae non excutiemus, cum in hoc dramate mors tantum agatur viri auctore, ut fama est, Ulysse, sive is oderat Palamedem propter apertum olim ab eo dolum ipsius, cum nollet Trojam proficisci cum Graecorum exercitu (de quo dolo v. Hygin. fab. 95., Ovid. Met. XIII, 58. sequ. etc.), sive callidissimus eorum invidebat solertissimo, sive de gerendo bello alter ab altero dissentiebat, quam simultatis causam significat Virgilius cum dicit Aen. II, 83.: „quem (Palamedem) falsa sub proditione Pelasgi Insontem, infando indicio, quia bella vetabat, Demisere neci.“ Hyginus fab. 105. „Ulysses, quod Palamedis, Nauplii filii, dolo erat deceptus, in dies machinabatur, quomodo eum interficeret. tandem, inito consilio, ad Agamemnonem militem suum misit, qui diceret ei, in quiete vidisse, (excidérunt fortasse haec „qui diceret,“ sive „ediceret,“) ut castra uno die moverentur. Id Agamemnon verum existimans castra uno die imperat moveri. Ul. autem clam noctu solus magnum pondus auri, ubi tabernaculum Palamedis fuerat, obruit; item epistolam conscriptam Phrygi captivo ad Priamum*) dat perferendam, militemque suum priorem mittit, qui eum non longe a castris interficeret. Postero die cum exercitus in castra rediret, quidam miles epistolam, quam Ul. scripserat, super cadaver Phrygis positam, ad Agamemnonem attulit, in qua scriptum fuit Palamedi a Priamo missa, tantumque ei auri pollice(ba)tur, quantum Ul. in tabernaculum obruerat, si castra Agamemnonis, ut ei

*) „Schefferus mallet ad Palamedem. Erat revera illa epistola ita scripta, ut a Priamo ad Palamedem data videretur; sed simulavit Ul. ad Priamum esse scriptam, et propterea Phrygi captivo dedit deferendam.“ Muncker.

Digitized by Google

convenerat; proderet. Itaque Pal. cum ad regem esset productus et factum negaret, in tabernaculum ejus ierunt, et aurum effoderunt; quod Agam. ut videt, vere factum esse credidit. quo facto Pal., dolo Ulyssis deceptus, ab exercitu innocens occisus est." Lapidatum tradunt. Philostratus Heroic. X, 8. de Palamede capitis damnato: *Οὐ γὰρ δὴ ἱκετεῦσαι (ἱκετεύσας) ὁ Παλαμήδης, οὐδὲ οἰκτρόν τι εἰπεῖν (εἰπὼν) [οὐδὲ ὀδύρασθαι], ἀλλ' [εἰπὼν] Ἕλεῶ σε, Ἀλήθεια· σὺ γὰρ ἐμοῦ προαπόλωλας, ὑπέσχε τὴν κεφαλὴν τοῖς λίθοις* etc. W. p. 504.: „Odysseus wäre nichts weiter als niederträchtig, wie Euripides gewiss ihn nicht darstellen wollte, wenn er solche Ränke gegen den Pal. schmiedete bloss um nicht ferner mit ihm wetteifern zu dürfen, sondern sich seiner meuchelmörderisch zu entledigen. Nothwendig ist daher auch bei E. vorauszusetzen, dass die öffentlichen Angelegenheiten beide entzweit hatten, indem Pal. den Frieden, Od. Krieg wollte. Aus Leidenschaft und unter Einfluss des Ehrgeizes nahm Od. die Friedensliebe für Neigung zum Feinde, so dass die erdichtete Bestechung auf wirklichem Verdacht beruhen und er auf jeden Fall durch den feindseligen Streich den Achäern zu dienen überzeugt sein konnte. — — Wie die Tragödie nach diesem unverkennbaren innern Zusammhange das gleichzeitige*) Verhältniss des Alkibiades u. Nikias berührte, springt von selbst in die Augen" etc.

Viderunt in hoc dramate litium amantissimi Athenienses judicium, idque rei maximae, perduellionis, cujus actionem Ulysses intendit Palamedi, celeber accusator celebri reo. causam dixit Pal., et patronus ejus fuisse videtur Oeax frater. Comicus Thesm. 768. (726.)

— Φέρε, τίνα, τίν' ἂν ἄγγελον

(ll. Φ., *τίν' οὖν ἄγγ.*, hiante versu. Porson. aliique: Φ., *τίν' οὖν ἂν ἄγγ.*; quod minus vividum.)

πέμψαιμ' ἐπ' αὐτόν; — Οἶδ' ἐγὼ καὶ δὴ πόρον
ἐκ τοῦ Παλαμήδους· ὡς ἐκεῖνος, τὰς πλάτας
ῥίψω γράφων.

ibi Schol. Ravennas: *Ὥσπερ Οἴαξ τῷ Ναυπλίῳ γράφει ἐν τῷ Παλαμήδει Εὐριπίδου. ὁ γὰρ Οἴαξ ἐγχαράττει πολλαῖς πλάταις τὰ περὶ τὸν Παλαμήδη, κ. ἀφίησιν εἰς θάλασσαν, ὥστε μιᾷ γέ τινι τὸν Ναύπλιον περιπεσεῖν.* praeterea W. annotavit, Oeacem fratris ultorem dici Oreste 422. (415.)

Ulyssis orationes coram Agamemnone et judicibus.

1.

Stob. 89. p. 503.

Ἀγάμεμνον, ἀνθρώποισι πᾶσαν αἱ τέχναι
μορφὴν ἔχουσι, συντρέχει δ' εἰς ἓν τόδε,

*) Olymp. 91, 1. ante Chr. nat. 419. Athenienses expeditionem in Siciliam susceperunt ducibus Nicia et Alcibiade, quo anno medio E. docuit Alexandrum, Palamedem, Troades et Sisyphum satyricum.

Digitized by Google

τούτου δὲ πάντες, οἵ τε μουσικῆς φίλοι,
ὅσοι τε χωρὶς ζῶσι, χρημάτων, ὕπερ
μοχθοῦσιν· ὃς δ' ἂν πλεῖστ' ἔχῃ, σοφώτατος·

Il. Ἀγ., ἃ. πᾶσιν αἱ τύχαι μ. ἕ. sensum adjuvans Bergk. apud W. p. 502. πᾶσαν, omnigenam, quemadmodum πᾶς saepe est παντοῖος, velut Iliad. α', 5., Odyss. ε', 196. Eurip. Bacch. 1000. (1131.) ἦν δὲ πᾶσ' ὁμοῦ βοή. cf. Bast. ad Gregor. Cor. p. 8. παντόμορφον dixit Lycophron 1393.*) tum Il. vulgati εἰς χρήματα, sed A. Paris. et margo Gesner. εἰς ἓν τόδε, cui illud adscripserint explicatores. familiariter dictum ξυντρ. — τόδε pro συντρέχουσι δὲ αἱ τέχναι εἰς ἓν τόδε. sugillat his verbis Ul. Palamedem, tanquam eum, qui multarum quidem gnarus sit artium, sed omnes lucri causa exerceat. μουσ. φίλοι, doctrinae studiosi, ut Pal.

2.

Schol. Iliad. β', 353. in codice Leid. apud Valck. ad Phoen. 292. (?) ἀστράπτων. ὅτι ἀκαταλλήλως εἴρηται (ἔδει γὰρ ἀστράπτοντα κ. φαίνοντα), ὡς καὶ Ε. ἐν Παλαμήδει

Δάΐα πάλαι δή σ' ἐξερωτῆσαι θέλων,'
σχολὴ μ' ἀπεῖργε.

Δάΐα, hostilia, quae ad hostes (Trojanos) pertinent. mendose Il. Δάϊε. σχ. μ' ἀπ., „otium me prohibuit," i. e. otii absentia, ut explicat Matth. negotiis sive officio se adhuc districtum proditionis non postulasse ait Palamedem.

Ex defensione Palamedis

3.

Joann. Damascenus in Gaisfordii append. Stobaei, vol. IV. p. 11.

Ὅστις λέγει μὲν σύ, τὰ δ' ἔργ', ἐφ' οἷς λέγει,
αἴσχρ' ἐστὶν αὐτοῦ, τοῦτον οὐκ αἰνῶ ποτε.

His eloquentem quidem, sed improbam, Ulyssem esse significat; iis autem, quae sequuntur, contemnit φιλοπόλεμον, plurimos inveniri dicens imperatores, sapientes vero et multarum peritos rerum paucissimos.

4.

Stob. 52. p. 360.

Στρατηλάται τᾶν μυρίοι γενοίμεθα,
σοφὸς δ' ἂν εἷς τις ἢ δύ' ἐν μαχρῷ χρόνῳ.

Fragmento 3. simile est

*) Vocabula τέχνη et τύχη etiam apud Comicum Nicomachum Athen. 291, b, Stob. Eclog. phys. II. p. 338. ed. Heeren. et alias inter se permutata sunt.

Digitized by Google

5.

Stob. 9. p. 101.

Εἷς τοι δίκαιος μυρίων οὐκ ἐνδίκων
κρατεῖ, τὸ θεῖον τὴν δίκην τε συλλαβών.

6.

Idem 79. p. 469.

Τὰ τῆς γε λήθης φάρμακ' ὀρθώσας μόνος,
ἄφωνα καὶ φωνοῦντα, συλλαβάς τε θεὶς,
ἐξεῦρον ἀνθρώποισι, γράμματ', εἰδέναι,
ὥστ' οὐ παρόντα ποντίας ὑπὲρ πλακὸς
τἀκεῖ κατ' οἴκους πάντ' ἐπίστασθαι καλῶς,
παισίν τ' ἀποθνήσκοντα χρημάτων μέτρον
γράψαντα λείπειν, τὸν λαβόντα δ' εἰδέναι·
ἃ δ' εἰς ἔριν πίπτουσιν ἀνθρώποις κακὴν,
δέλτος διαιρεῖ κοὐκ ἐᾷ ψευδῆ λέγειν.

Inventum suum litteras utiles ad scribendum epistolas, testamenta, contractus, praedicat libertate Promethea. versu 7. inconcinna, nec dubie mendosa, *γράψαντας εἰπεῖν* emendavit Scaliger. 8. nos dedimus *κακὴν* pro inepto *κακὰ*, quod obtrudunt ll. Hesiodus O. et D. 11.;

Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην Ἐρίδων γένος, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν
εἰσὶ δύω. τὴν μέν κεν ἐπαινήσειε νοήσας,
ἡ δ' ἐπιμωμητή. διὰ δ' ἄνδιχα θυμὸν ἔχουσιν·
ἡ μὲν γὰρ πόλεμόν τε κακὸν καὶ δῆριν ὀφέλλει
σχετλίη etc.

7.

Matth.: „Euripidis esse et e Palamede petitos censet Hermannus versus apud Stob. Eclog. phys. I, c. 2. p. 4. ed. Heeren., qui ibidem Aeschyli versibus Prom. 454. (441. et seqq.) subjecti leguntur:

Ἔπειτα πάσης Ἑλλάδος καὶ ξυμμάχων
βίον διώκησ', ὄντα πρὶν πεφυρμένον,
θηρσὶν θ' ὅμοιον. πρῶτα μὲν τὸν πάνσοφον
ἀριθμὸν εὗρηκ', ἔξοχον σοφισμάτων.

Dictio certe est Euripideae quam Aeschyleae similior. *βίος πεφυρμένος καὶ θηριώδης* commemoratur etiam Suppl. 200. (188.)" etc.

8.

Philostrat. Heroic. p. 718. ed. Olear., p. 168. Boisson. (cf. Tzetz. ad Lycophr. 384., Exeg. in Iliad. p. 44. ed. Hermann., Diog. Laërt. II, 44.) *Ὅθεν καὶ τὸν θρῆνον παρ' Εὐριπίδῃ ἐπαινεῖ, ὁπότε Ε. ἐν Παλαμήδους μέλεσιν*

Ἐκάνετε, φησὶν, ἐκάνετε τὰν πάνσοφον, ὦ Δαναοὶ,
τὰν οὐδὲν ἀλγύνουσαν ἀηδόνα Μουσᾶν,

Digitized by Google

καὶ τὰ ἐφεξῆς μᾶλλον, ἐν οἷς φησι καὶ ὅτι πεισθέντες ἀνθρώπῳ δεινῷ καὶ ἀναιδεῖ λόγῳ ταῦτα δράσειαν. Scribendum Ἑκάνετ', ἑκάνετε τὰν πάνσοφον, ὦ Δαναοὶ asynart., dochm. et dact. dim. hyp. hoc metrum extat etiam Androm. 809. nostrae ed., sequentis autem versus, item asynartetus, constans ex iambo hyp. et dactylo trim., Med. 791. in verbis πεισθ. — λόγῳ haec agnoscere mihi videor

πεισθέντες ἀνδρὶ δεινῷ κἀναιδεῖ λόγων, asyn., anacr. et dochm.

cui versui similes habentur Or. 1379., Herc. fur. 942. Scriptor argumenti Busiridis encomii Isocratei Ἑκάνετε, ἑκάνετε τῶν Ἑλλήνων τὸν ἄριστον, quae hisce inseri ante τὰν πάνσοφον vel subjungi post Μουσᾶν volebat Valck. ad Phoen. 321. non multum quidem conferunt ad sententiam; potest tamen, ut E. dixerit

— — κἀναιδεῖ λόγων,
Ἑλλάνων τὸν ἄριστον. pherecrat.

Matth.: „Quod addunt Diogenes et auctor argum. Busir. ὅτι τὸ θέατρον ἅπαν ἐδάκρυσε, διότι περὶ Σωκράτους ἠγωνίττετο, refutavit Valck. Diatr. p. 190., Boeckh. autem De princ. trag. p. 185. hos versus ab interpolatore additos esse censet, cum fabula post Socratis mortem repeteretur." Scilicet diem obiit E. ante Socratem. Valck. l. c. p. 191.: — „Quod mox addit Diogenes, Φιλόχορος δέ φησι προτελευτῆσαι τὸν Εὐριπίδην τοῦ Σωκράτους, verissimum utique. Philochorus sub Archonte Callia mortem adnotaverat Euripidis; illam Socratis octennio post sub Lachete. si quid in hoc genere certum, planissime constat, Euripidem rebus humanis ereptum Olymp. 93, anno 1., Socratem demum Ol. 95, 1. hoc a Jo. Meursio, J. Pearsono Vind. Ignat. p. 361., aliisque demonstratum neque Sam. Petitus negare potuit Miscell. I, c. 13." Annotavit W. p. 507., Socraticos Plat. Apol. Socr. p. 41, b, Xenoph. Apol. 26., Palamedem comparavisse cum Socrate propter similem utriusque in summo discrimine libertatem magnanimam, qualis innocentium esse solet; quam ob causam Lucianum quoque Dial. mort. 20. et Necyomant. 18. Palamedi comitem dare Socratem, et Maximum Tyr. 38. p. 234. Palamedem vocare τοῦ Ἑλληνικοῦ τὸν ἄριστον, quod procul dubio sumsit, si non ab Euripide, certe ab Isocrate l. c.

9.

Strab. X. p. 720, c, Almelov. Τὴν κοινωνίαν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον ἀποδειχθέντων ἱερῶν νομίμων παρὰ τοῖς Ἕλλησι κ. τῶν παρὰ τοῖς Φρυξὶ περὶ τὴν μητέρα τῶν θεῶν συνοικειῶν ἀλλήλοις Ε. ἔν τε ταῖς Βάκχαις (ll. vitiose E. τε ἐν τ. B.) τὰ παραπλήσια ποιεῖ —, καὶ ἐν Παλαμήδει φησὶν ὁ Χορὸς (Graecorum)

Digitized by Google

— Οὐ σὺν Διονύσῳ κωμῶν, ὃς ἂν Ἴδαν
τέρπεται σὺν ματρὶ φίλᾳ τυμπάνων ἰάχοισι.

ll. metro corrupto *ἰάχοις*. versus priapei polyschem., quorum prior *ἀκέφαλος*.

10.

Pollux X, 145. — *Καὶ E. μὲν ἐν Παλαμήδει λέγει „κώπην χρυσόκολλον.“*

11.

Hesych. *„Ἔμβολα: E. Παλαμήδει κ. Σκίρωνι.*

12.

Harpocrat. *„Διεκωδώνισε“ Δημοσθένης ἐν τῇ περὶ Παραπρεσβείας ἀντὶ τοῦ διεπείρασε κ. ἐξήτασεν. ἡ δὲ μεταφορὰ ἤτοι ἀπὸ τῶν περιπολούντων σὺν κώδωσι τὰς φυλακάς, (ὡς) E. Παλαμήδει, ἢ ἀπὸ τῶν δοκιμαζόντων τὰς μαχίμους ὄρτυγας τῷ ἤχῳ τοῦ κώδωνος, ὡς Ἀρίσταρχος.*

W. 501.: „In seiner Vertheidigung führte Pal. seine Verdienste an, seine Erfindungen, die das noch rohe Leben völlig umgewandelt hatten, voran die Zahlen (fr. 7.); — dann die Schrift, um Nachricht über das Meer zu senden, Testamente und Gerichtssprüche aufzusetzen (fr. 6.), und ohne Zweifel eine Reihe anderer Erfindungen, als Seitenstück zu den Culturgemälden bei Aeschylus und Soph. im Palamedes, auch im Nauplios des letztern und im Prom. des erstern. Zunächst die Gegenwart ging, ausser Würfeln und Brettspiel zum Zeitvertreib oder um das Elend zu vergessen, die Einführung von Nachtwächtern (fr. 12.) an, die mit Schellen umhergehen.“

Idem p. 509.: „In den Thesmophoriazusen (849) wird der Palam. frostig, und in den Fröschen (1472) E. selbst mit Spott auf seine künstlichen theatralischen Erfindungen ein Palamedes genannt. Der Erfinder eines Vasengemäldes (Millin Vases I, 55, s., Annali dell' instit. archeol. I. tav. H. I., Zeitschr. f. d. Alterth. 1838. S. 218—21.) hat, wie es scheint, den E. gekannt. In neuerer Zeit hat der Gegenstand dieses Drama's die tragische Muse Vondels begeistert.“

XXXVII. *ΠΕΙΡΙΘΟΥΣ.*

Argumentum hujus tragoediae est Thesei et Pirithoi propter descensum ad Inferos Proserpinae abducendae causa captivitas et liberatio Herculis interventu. Hyginus fab. 79.; „Theseus, Aegei et Aethrae, Pitthei filiae, filius, cum Pirithoo, Ixionis filio, Helenam, Tyndarei et Ledae filiam virginem, de fano Dianae sacrificantem rapuerunt et detulerunt Aphidnas (ll. „Athenas.“ recte Muncker. et van Stav. „Aphidnas,“ de quo laudant Paus. I, 17.,

Digitized by Google

Plut. Theseo p. 15. etc.) [in] pagum Atticae regionis. quod Jovis eos cum vidisset tantam audaciam habere, ut se ipsi ad periculum offerrent, in quiete eis imperavit, ut peterent a Plutone Pirithoo Proserpinam in conjugium. Qui cum per peninsulam Taenariam (ll. per insulam T., pen — hausto a per praepositione, quae antecedit. non male peninsula vocatur promontorium Taenarium, longe in mare procurrens: v. Mannert. geogr. Gr. et Rom. t. VIII. p. 563.) ad Inferos descendissent et, de qua re venissent, indicarent Plutoni, a Furiis strati diuque (malim „direque" vel „dirumque") lacerati sunt. Quo Hercules ad canem tricipitem educendum (ll. „ducendum." menda e scriptura continua tricipitēeducendum. cf. fab. 251.) cum venisset, illi fidem ejus implorarunt. qui a Plutone impetravit, eosque incolumes eduxit." Alii aliter. grammaticus apud Cramerum Anecd. gr. III, 359.: — *Πειρίθοος μὲν κατεβρώθη, ὁ δὲ Θησεὺς ἐσώθη παῤ Ἡρακλέους. κατ' Εὐριπίδην σώζονται καὶ οἱ δύο.* retentum apud Inferos Pirithoum narrat Diod. IV, 63. Apollod. II, 5, 12. de Hercule: *Πλησίον δὲ τῶν ᾅδου πυλῶν γενόμενος Θησέα εὗρε κ. Πειρίθουν τὸν Περσεφόνης μνηστευόμενον γάμον, κ. διὰ τοῦτο δεθέντα. θεασάμενοι δὲ Ἡρακλέα τὰς χεῖρας ὤρεγον, ὡς ἀναστησόμενοι διὰ τῆς ἐκείνου βίας. ὁ δὲ Θησέα μὲν λαβόμενος τῆς χειρὸς ἤγειρε, Πειρίθουν δὲ ἀναστῆσαι βουλόμενος, τῆς γῆς κινουμένης, ἀφῆκεν.* praeterea W. evolvi jubet schol. Apollini I, 101. seqq., Eurip. Herc. fur. 621. (583.), et ipsum Hyginum fab. 251.

Ad prologum pertinet versus, quem plus quam semel citavit Plutarchus.

1.

Plut. *Περὶ πολυφιλ.* p. 96, c. *Ὡς τὸν Κρέοντα* (in Medea Eurip.) *τῆς θυγατρὸς οὐδὲν ὁ χρυσὸς, οὐδὲ ὁ πλοῦτος, ὠφελεῖ, τὸ δὲ πῦρ ἀναφθὲν αἰφνιδίως προσδραμόντα καὶ περιπτύξαντα κατέκαυσε κ. συναπώλεσεν* (Med. 1148. seqq. nostrae ed.), *οὕτως ἔνιοι τῶν φίλων οὐδὲν ἀπολαύσαντες εὐτυχούντων συναπόλλυνται δυστυχοῦσι, (καὶ τοῦτο μάλιστα πάσχουσιν οἱ φιλόσοφοι καὶ οἱ χαρίεντες), ὡς Θησεὺς τῷ Πειρίθῳ κολαζομένῳ κ. δεδεμένῳ,*

Πέδαις ἀχαλκεύτοισιν ἔξευκται πόδας.

Nimirum ferreis catenis vinctus fuit Theseus, nec dubito quin ponendum sit *Πέδαισι χαλκευτοῖσιν ἔ. π.* vel, quod malim, *Πέδαισι χαλκευτοῖς συνέξευκται π.* at 533, a, in alio argumento Plut. recte dixit *αἰδοῦς ἀχαλκεύτους πέδας*, ex quo loco fluxisse puto *ἀχαλκεύτοισιν*.

Thesei vel Pirithoi captivitatis pertaesi videtur haec vox

2.

Stob. 120. p. 608.

Οἰκτρὸν τὸ μὴ ζῆν κρεῖσσόν ἐστ' ἢ ζῆν κακῶς.

Digitized by Google

Ex parodo Chori sacerdotum Neptuni Taenarii, qui Herculem comitati sacra faciebant Inferis ante descensum heroïs.

3.

Athenaeus XI, p. 496, b. de πλημοχοαῖς. *Μνημονεύει δὲ αὐτῶν καὶ ὁ τὸν Πειρίθουν γράψας, εἴτε Κριτίας ἐστὶν ὁ τύραννος ἢ E., λέγων οὕτως*

Ἵνα πλημοχοὰς τάσδ' εἰς χθόνιον
χάσμ' εὐφήμως προχέωμεν.

4.

Clemens Al. Strom. V. p. 603, c.

Σὲ, τὸν αὐτοφυῆ, τὸν ἐν αἰθερίῳ
ῥύμβῳ πάντων φύσιν ἐμπλέξανθ',
ὃν πέρι μὲν φῶς, πέρι δ' ὀρφναία
νὺξ αἰολόχρως, ἄκριτός τ' ἄστρων
ὄχλος ἐνδελεχῶς ἀμφιχορεύει.

Aethera invocant, principium rerum sive deum Euripideum. v. prolegomena Melanippae philosophae et Fragm. 3. ejus dramatis.

5.

Idem ibid. p. 563, d. *Περὶ τούτων, οἶμαι, καὶ ἡ τραγῳδία φυσιολογοῦσά φησιν*

Ἀκάμας τε χρόνος περί γ' ἀενάῳ
ῥεύματι πλήρει φοιτᾷ τίκτων
αὐτὸς ἑαυτὸν, δίδυμοί τ' ἄρκτοι
τοῖς ὠκυπλάνος πτερύγων ῥιπαῖς
τὸν Ἀτλάντειον τηροῦσι πόλον.

E Pirithoo haec petita esse indicant schol. Aristoph. Av. 179. et Suidas v. πόλος, qui ambo sic: *κ. τ. Ἀτλάντιον φρουρῶν πόλον.*

Hercules coram Aeaco.

6.

Gregor. Corinth. in Hermog., Reisk. Orat. gr. t. VIII. p. 948. *Ἐν μὲν τῷ Πειρίθῳ παρεισάγεται Ἡρακλῆς ἐν ᾅδου κατελθὼν κατὰ κέλευσιν Εὐρυσθέως, κ. ὑπὸ τοῦ Αἰακοῦ ἐρωτώμενος, ὅστις ἐστὶ, κ. ἀποκρινόμενος*

Ἐμοὶ πατρὶς μὲν Ἄργος, ὄνομα δ' Ἡρακλῆς·
θεῶν δὲ πάντων πατρὸς ἐξέφυν Διός·
ἐμῇ γὰρ ἦλθε μητρὶ πρὸς κεδνὸν λέχος
Ζεὺς, ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο·
ἥκω δὲ δεῦρο πρὸς βίαν Εὐρυσθέως.

Argos patriam suam dicit Hercules propter *Ἀργεῖον Ἀμφιτρύων'*, ὃν *Ἀλκαῖός ποτε Ἔτιχθ'*, ὁ *Περσέως* (Herc. fur. 2. 3.). Versu 3. ll. numeris non tragicis — *μητρὶ κεδνῇ πρὸς λέχος:*

Digitized by Google

v. Porson. praef. Hec. p. XLII. ed Lips. secuti sumus Hermannum Elem. doctr. metr. p. 116. cf. viros doctos Diar. class. n. 7. p. 155. et Edinburg. n. 37. p. 75. quos laudavit Matth., afferens etiam Hippol. 794. (829.) *Πολλῶν μετ' ἄλλων δ' ὤλεσας κεδνὸν λέχος.*

Ex Aeaci responso, ut probabiliter censet W.

7.

Aeschin. in Timarch. p. 18, 15. ed. H. Steph., p. 141. Reisk.

Φήμη τὸν ἐσθλὸν κἀν μυχῷ δείκνυσι γῆς.

Chori mores Herculis commodos atque benevolos praedicantis haec videntur:

8.

Stob. 37. p. 220.

Τρόπος νόμου 'στὶ χρηστὸς ἀσφαλέστερος·
τὸν μὲν γὰρ οὐδεὶς ἂν διαστρέψαι ποτὲ
ῥήτωρ δύναιτο, τὸν δ' ἄνω τε καὶ κάτω
λόγοις ταράσσων πολλάκις λυμαίνεται.

ll. *Τρόπος ἐστὶ χρηστὸς ἀσφ. νόμου*, qui fere est horum ordo in sermone quotidiano. poëtam nemo credat vocem maximi momenti *Τρόπος* in thesi occultasse, contraque *ἐστὶ*, nullius ponderis vocabulum, arsi sustulisse. quod quidem verbum a glossatore adscriptum videri posset, cum E. vel per me Critias dixisset *Τρόπος δὲ χρ. ἀ. ν.*, quae Matthiaei conjectura est; sed ipsam sententiam illustrari existimabam jungendis verbis *Τρόπος* et *νόμου*, qua collocatione eorum id efficitur, ut potiorem versus sedem teneat vox gravior, secundam ea, qua res deterior significatur. Judicent harum rerum periti, qui libris veteribus non ita addicti sunt, ut ne latum quidem unguem ab iis recedendum esse arbitrentur, qua superstitione metuo ne tandem evadamus librariorum aevi medii, hominum saepe imperitissimorum, mancipia.

9.

Stob. Eclog. eth. 7. p. 175. Grot., t. II. p. 336. Heeren.

Ὁ πρῶτος εἰπὼν οὐκ ἀγυμνάστῳ φρενὶ
ἔῤῥιψεν, ὅστις τόνδ' ἐκαίνισεν λόγον,
ὡς τοῖσιν εὖ φρονοῦσι συμμαχεῖ τύχη.

Scenam initio in Taenaro promontorio fuisse arbitror (v. fr. 3.), deinde apud Inferos. hoc quidem Matth. miratur p. 302.: „Itaque loca infera," inquit, „spectanda proponebantur, quod singulare est et a reliquorum Tragicorum more abhorret. — Dubitatum esse, utrum Euripidis haec an Critiae fabula esset, ostendit Athenaeus l. c. fragm. 3. nec injuria: nam ejusmodi et argumentum et scenam deligere majoris est audaciae quam Euripidis, et dictio fragmentorum nervosior et adstrictior mihi quidem esse videtur quam pro nostri

Digitized by Google

poëtae mollitie. etiam grammaticus ab Elmslejo ad calcem Baccharum editus Pirithoum inter *τὰ νοθευόμενα* refert.“ ad quae W. p. 592.: „Ungegründet ist, was Matthiae über den Schauplatz der Unterwelt bemerkt: „„quod singulare — abhorret.““ Daher auch dieser Grund wenigstens gegen Eurip. als Verfasser so wenig entscheiden möchte als der von Matth. behauptete Unterschied im Stil: „„nam ejusmodi — mollitie.““ Rem lubricam in medio relinquo, ut Valck. Diatr. p. 198.

XXXVIII. *ΠΕΛΙΑΔΕΣ.*

Hyginus fab. XXIV. „Iason cum Peliae (regis Iolci in Thessalia), patrui sui, jussu tot pericula adiisset, cogitare coepit, quomodo eum sine suspicione interficeret. hoc Medea se facturam pollicetur. Itaque cum jam non longe ab Iolco essent, navem jussit in occulto collocari, et ipsa ad Peliae filias pro sacerdote Dianae venit*); eis pollicetur, se patrem earum Pelian ex sene juvenem facturam. Id quia (ita Scheffer. pro „Idque“) Alcestis major filia negavit fieri posse, Medea, quo facilius eam perduceret ad suam voluntatem, caliginem ei objecit et ex venenis multa miracula fecit, quae verisimilia esse viderentur, arietemque vetulum in ahenum conjecit, unde agnus pulcherrimus prosiluisse visus est. eodemque modo inde Peliades, i. e. Alcestis, Pelopia, Medusa, Pisidice (ita Toll. ad Palaeph. p. 244. pro „Isidoce“), Hippothoe Medeae impulsu patrem suum occisum in aheno coxerunt. Cum se deceptas esse viderent, a patria profugerunt; at Iason, signo a Medea accepto, regia est potitus, Acastoque Peliae filio [fratri Peliadum], quod secum Colchos ierat, regnum paternum tradidit; ipse cum Medea Corinthum profectus est.“ Ab hac narratione non multum discrepat Diodori Sic. IV, 50 — 53., quam latine vertit Hartung. Eurip. rest. p. 62. et 63. cf. Apollod. I, 9, 27., Paus. VIII, 11., Tzetz. ad Lycophr. 175., Moses Chorenensis in Progymnasmatis rhetor. apud A. Majum ad Euseb. Chronic. canon. p. 43. (W. p. 625. et 26.), et inprimis Ovid. Met. VII, 297—349. Mire Paus. l. c. de Peliae filiabus: *Ὀνόματα δὲ αὐτῶν ποιητὴς μὲν ἔθετο οὐδείς, οἷά γ' ἐπελεξάμεθα ἡμεῖς, Μίκων δὲ ὁ ζωγράφος Ἀστεροπείαν τε εἶναι κ. Ἀντινόην ἐπὶ ταῖς εἰκόσιν αὐτῶν ἐπέγραψε.* Tres numerant Apollod. et Diod. Sic., ille Alcestidem, Antinoen, Asteropaeam; hic Alcestidem, Amphinomen, Euadnen.

*) Diodorus Sic. IV, 50.: — *Ἐνθουσιαζούσης δ' αὐτῆς κ. τοῦ πλήθους κατὰ τὰς ὁδοὺς συντρέχοντος, παραγγέλλειν πᾶσι δέχεσθαι τὴν θεὸν εὐσεβῶς· παρεῖναι γὰρ αὐτὴν* (Medeam) *ἐξ Ὑπερβορέων ἐπ' ἀγαθῷ δαίμονι τῇ τε πόλει πάσῃ, κ. τῷ βασιλεῖ. πάντων δὲ προσκυνούντων κ. τιμώντων τὴν θεὸν θυσίαις, κ. τὸ σύνολον τῆς πόλεως ἁπάσης συνθεαζούσης, εἰσβαλεῖν Μήδειαν εἰς βασίλεια.*

Digitized by Google

Hujus tragoediae fragmenta fere constant sententiis, ex quibus oeconomiam ejus aegre intelligas. probabiliter tamen W. quaedam (2. 3. 4.) habet pro verbis personatae Medeae ad unam Peliadum, quibus ei dat praecepta vivendi, velut mater filiae, quo se in familiaritatem ejus insinuet. alia tria (5. 6. 7.) videntur pertinere ad colloquium Iasonis cum aliquo ex comitibus vel ducibus, qui, rogatus sententiam de modo ulciscendi Peliae, improbabilia suadebat, quae acerbius refellens Iason, ubi ille libere respondit, meminisse jubet hominem obnoxiae suae conditionis. Diodorus l. c. Hartungi verbis: „(Diod. refert) — Iasonem noctu in Thessaliae quendam portum Iolco propinquum — nave appulsa ex populari quodam miseram suorum (a Pelia occisorum vel ad mortem adactorum) sortem cognovisse. cunctis autem ducibus ad ulciscendum — paratis de ratione aggrediendi dubitationem incidisse. — in hac difficultate haerentibus Medeam pollicitam esse, se solam Peliam dolo interfecturam" etc. De Choro v. ad fr. 7.

Prologum egit Medea.

1.

Eurip. Med. 656. (688.)

Τί χρῆμα δράσας; φράζε μοι σαφέστερον.

ibi schol.: *Σεσημείωται ὁ στίχος, ὅτι καὶ ἐν Πελίαδιν ἐστὶν* (e colloquio Iasonis cum duce vel comite aliquo, si divinavi), *ὧν ἡ ἀρχὴ*

Μήδεια, πρὸς μὲν δώμασιν τυραννικοῖς....

scriptura sublestae fidei: deest enim verbum finitum contra morem eorum, qui verba scriptorum afferunt. quare corrupta puto ista *προσμεν*, suadeoque *Μήδεια προὔβην δώμ. τυρ.* i. e. *εἰς δώματα τυραννικά*: „Medea regis prodii ad palatia." origo mendae fuerit *β* et *μ* litterarum similitudo in multis scriptis, de qua dixit Bast. Epist. crit. ad Boissonad. p. 28.

Ex oratione, ut videtur, Medeae ad unam Peliadum.

2.

Stob. 72. p. 440.

Αἴνῳ διδάξαι δ', ὦ τέκνον, σὲ βούλομαι,
ὅταν μένῃς παῖς, μὴ πλέον παιδὸς φρονεῖν,
ἐν παρθένοις δὲ παρθένου τρόπους ἔχειν,
ὅταν δ' ὑπ' ἀνδρὸς χλαῖναν εὐγενοῦς πέσῃς,
— —
τὰ δ' ἄλλ' ἀφεῖναι μηχανήματ' ἀνδράσιν.

vulgo *Αἰνῶ· διδάξαι — Ὅταν μὲν ᾖς παῖς —*. imo *Αἴνῳ*, „sententia" seu „proverbio." tum putide et vix graece dictum *ὅταν μὲν ᾖς παῖς*. Grotius probabiliter expleta lacuna: „Laudo; sed (qui probaverit *αἴνῳ*, sic reddet „Proverbio") hoc te, filia, admonitam volo: Donec puella es, quod puellarum est sape, Et virginum una virginis mores tene. Quodsi subieris conjugis clari togam, Con-

Digitized by Google

tenta curae parte mandata tibi, Permitte rerum quidquid est ultra viris.

3.

Stob. Eclog. eth. p. 174.

Οὐκ ἦν τὰ τῶν θεῶν ἄδικ', ἐν ἀνθρώποισι δὲ
κακοῖς νοσοῦντα σύγχυσιν πολλὴν ἔχει.

Il. ex interpretatione, qua corrumpitur metrum, *Οὐκ ἔστι τὰ* etc. His Medea responderit virgini, calamitates domesticas ad iram deorum referenti, quas illa recte improbis, i. e. Peliae, imputat, cujus tyrannidem generatim dictis abominatur, his verbis

4.

Stob. 47. p. 343.

Τὸ δ' ἔσχατον δὴ τοῦτο, θαυμαστὸν βροτοῖς,
τυραννίς· οὐχ εὕροις ἂν ἀθλιώτερον.
φίλους τε πορθεῖν καὶ κατακτανεῖν χρεών·
πλεῖστος φόβος πάρεστι, μὴ δράσωσί τι.

Iason ad comitem (v. prolegomena).

5.

Τί χρῆμα etc. v. fr. 1.

6.

Jo. Damascenus in Stob. append. Flor. p. 12.=382. ed. Gaisford. *Εὐριπίδου Πελιάσι*

Φθείρου· τὸ γὰρ δρᾶν οὐκ ἔχων λόγους ἔχεις.

7.

Stob. 3. p. 37., Schol. Pindari Pyth. II, 173. ed. Boeckh.

Πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε τοῖς κρατοῦσί σου.

Choro Argonautarum, nisi fallor, ad spectatores converso, apta sunt haec, quibus culpam crudelium Peliae consiliorum in improbos ejus amicos atque adulatores transtulerit.

8.

Stob. l. c. ad fr. 6. p. 20.=389. et p. 33.=400.

Ὁ γὰρ ξυνὼν κακὸς μὲν ἦν τύχῃ γεγὼς,
τοιούσδε τοὺς ξυνόντας ἐκπαιδεύεται,
χρηστοὺς δ' ὁ χρηστός. ἀλλὰ τὰς ὁμιλίας
ἐσθλὰς διώκειν, ὦ νέοι, σπουδάζετε.

Idem, vel Medea, fragmentis 9. et 10. vituperare videtur tyrannos primum rebus angustis commodos, dein stabilita potentia ingratos, nec nisi opulentis munificos.

Digitized by Google

9.

Stob. ibidem p. 31. = 398.

Ἐν τοῖσι μὲν δεινοῖσιν ὡς φίλοι φίλων!
ὅταν δὲ πράξωσ' εὖ, διωθοῦνται χάριν,
αὐτοὶ δι' αὐτοὺς εὐτυχεῖν ἡγούμενοι.

10.

Stob. 90. p. 505.

Ὁρῶσι δ' οἱ διδόντες εἰς τὰ χρήματα.

11.

„Hesych. *Ἀρταμεῖν*: *κατακόπτειν. E. Πολιάσιν.* ubi corrigunt *Πελιάσιν.* Idem: *Ἀντεμμάσσασθαι, ἀνταποδοῦναι, ἐπιπλῆξαι. E. Πολιάσιν.* Duas voces commiscuisse Hesychius videtur Alberto. mihi *ἐμμάσσασθαι* ejusdem stirpis esse videtur, cujus est *ἐμμάσαι, ἐνεῖσαι* apud Hesych., *ἐπιμάσασθαι, εἰσμάσασθαι* (*ἐπιμάσσ., εἰσμάσσ.*) apud Homerum, quod verbum etsi a scena Attica alienum est, in carmine lyrico locum habere potuit." Matth. Fortasse non sumendae sunt duae voces, sed defungi possumus scribendo *ἐπιπλῆσαι*, complere.

12.

Lexicon Sangerman. Bekker Anecd. p. 95, 23. *Εὐστόχως*: *E. Πελ.*

13.

„Schol. Plat. p. 137. Ruhnk. *Κατηβολή*: *τὸ ἐπιβάλλον. E. Τημένῳ κ. Πελιάσι.* Eadem glossa est apud Hesych. v. *Καταβολὴ* p. 200. ubi *κατηβολὴ* legendum esse litterarum series monstrat, et Ms. habet apud Schow. p. 423." Matth.

14.

L. c. ad 12. *Λύσιμον θηλυκῶς λέγει E. Πελ.* Quid tum postea? Communis generis adjectivum est *λύσιμος*. sed vereor ne E. dixerit inusitate *Λυσίμην*, ut *αἰμύλη* fragm. incert. 49, 10.

15.

Aelian. H. A. VII, 47. *Τῶν ὑστρίχων καὶ τῶν τοιούτων ἀγρίων τὰ ἔκγονα ὄβρια καλεῖται· καὶ μέμνηται E. ἐν Πελ. τοῦ ὀνόματος, κ. Αἰσχύλος ἐν Ἀγαμέμνονι κ. Δικτυουλκοῖς.* At „*ὀβρίκαλα*" dixit Aeschylus. Eustath. ad Il. γ', p. 288, 36., quem citavit Valck. Diatr. p. 200.: *Αἰσχύλος ὀβρίκαλα καλεῖ τοὺς λεοντιδεῖς*, et similiter locis indicatis ad *Δικτυουλκούς*. neque *ὄβρια* dixisse puto Euripidem, sed ita legendum esse apud Aelianum *Τῶν — ἔκγονα ὀβρίκαλα καλεῖται. μέμνηται* etc. in proclivi fuit excidere *καλα* ante *καλει*, quo facto *οβρι* mutaverint

Digitized by Google

in ὄβρια, quod intelligi posse videretur. non audiendus Photius v. Ὄβρια καὶ ὀβρίκαλα· καὶ illud, quod delevimus, ortum est ex ταὶ vicino, ut Athen. 190, a, et saepe alias.

De tempore, quo actum est hoc drama, scriptor vitae Euripidis in codice Mediol.: Ἤρξατο δὲ διδάσκειν ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος κατὰ Ὀλυμπιάδα ὀγδοηκοστὴν πρώτην, ἔτει πρώτῳ (anno ante Chr. nat. 456.). πρῶτον δὲ ἐδίδαξε τὰς Πελιάδας, ὅτε καὶ τρίτος ἐγένετο. cf. W. Gr. Trag. p. 440. et nobis annotata ad Hecub. ed. 2. p. 6.

XXXIX. ΠΗΛΕΥΣ.

Argumentum hujus fabulae fuit exilium Pelei. Horatius A. P. 96. „Telephus et Peleus cum pauper et exul uterque (est,) projicit ampullas et sesquipedalia verba, Si curat cor spectantis tetigisse querela.“ sed duplex fuit ejus exilium ob caedem Phoci fratris et Eurytionis Phthiae regis. Apollodorus III, 12, 6. 7. Διαφέροντος ἐν τοῖς ἀγῶσι Φώκου τοὺς ἀδελφοὺς Πηλέα κ. Τελάμωνα (filios Aeaci, regis Aeginae insulae) ἐπιβουλεῦσαι („scil. φασὶ, nisi hoc excidit, ut alibi.“ Heyn. cf. Matth. gr. §. 538, ann. 2., nos ad Iliad. ι', 408., Aeschyl. Pers. 165. 66. etc.), καὶ ἀγῶνα κλήρῳ Τελάμων συγγυμναζόμενον αὐτὸν, βαλὼν δίσκῳ κατὰ τῆς κεφαλῆς, κτείνει, κ. κομίσας μετὰ Πηλέως κρύπτει κατά τινος ὕλης. φωραθέντος δὲ τοῦ φόνου φυγάδες ἀπὸ Αἰγίνης ὑπὸ Αἰακοῦ ἐλαύνονται. Καὶ Τελ. μὲν εἰς Σαλαμῖνα παραγίνεται, — Πηλεὺς δὲ εἰς Φθίαν φυγὼν πρὸς Εὐρυτίωνα τὸν Ἄκτορος ὑπ' αὐτοῦ καθαίρεται, κ. λαμβάνει παρ' αὐτοῦ τὴν θυγατέρα Ἀντιγόνην, κ. τῆς χώρας τὴν τρίτην μοῖραν. — ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ τὴν θήραν τοῦ Καλυδωνίου κάπρου μετ' Εὐρυτίωνος ἐλθὼν, προέμενος ἐπὶ τὸν σῦν ἀκόντιον, Εὐρυτίωνος τυγχάνει, κ. κτείνει τοῦτον ἄκων. Πάλιν μὲν οὖν ἐκ Φθίας φυγὼν εἰς Ἰωλκὸν πρὸς Ἄκαστον ἀφικνεῖται, κ. ὑπ' αὐτοῦ καθαίρεται. ἀγωνίζεται δὲ καὶ τὸν ἐπὶ Πελίᾳ ἀγῶνα, πρὸς Ἀταλάντην διαπαλαίσας. καὶ Ἀστυδάμεια, Ἀκάστου (Peliae filii) γυνὴ, Πηλέως ἐρασθεῖσα περὶ συνουσίας προσέπεμψεν αὐτῷ λόγους, μὴ δυναμένη δὲ πεῖσαι πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ πέμψασα ἔφη μέλλειν Πηλέα γαμεῖν Στερόπην τὴν Ἀκάστου θυγατέρα (καὶ τοῦτο ἐκείνη ἀκούσασα ἀγχόνην ἀνάπτει), Πηλέως δὲ πρὸς Ἄκαστον καταψεύθεται, λέγουσα ὑπ' αὐτοῦ περὶ συνουσίας πεπειρᾶσθαι. Ἄκαστος (Emperius ἃ Ἀκ.) ἀκούσας κτεῖναι μὲν ὃν ἐκάθηρεν οὐκ ἐβουλήθη, ἄγει δὲ αὐτὸν ἐπὶ θήραν εἰς τὸ Πήλιον. ἔνθεν ἀμίλλης περὶ θήρας γενομένης Πηλεὺς μὲν [οὖν] ὧν ἐχειροῦτο θηρίων τὰς γλώσσας [τούτων] ἐκτέμνων εἰς πήραν ἐτίθει· οἱ δὲ μετὰ Ἀκάστου ταῦτα χειρούμενοι κατεγέλων ὡς μηδὲν τεθηρευκότος τοῦ

Digitized by Google

Πηλέως. ὁ δὲ τὰς γλώσσας παρασχόμενος, ὅσας εἶχεν, ἐκείνοις τοσαῦτα ἔφη τεθηρευκέναι. ἀποκοιμηθέντος (δὲ) αὐτοῦ ἐν τῷ Πηλίῳ ἀπολιπὼν (scil. *αὐτὸν*) *Ἄκαστος, κ. τὴν μάχαιραν ἐν τῇ τῶν βοῶν κόπρῳ κρύψας, ἐπανέρχεται. ὁ δὲ ἐξαναστὰς, καὶ ζητῶν τὴν μάχαιραν, ὑπὸ τῶν Κενταύρων καταληφθεὶς ἔμελλεν ἀπόλλυσθαι· σώζεται δὲ ὑπὸ Χείρωνος* etc. Quaerenti igitur, utrum exilium poëtae materiam scribendi praebuerit, posterius, opinor, altero videbitur longe *δραματικώτερον*. nec sane prius illud tractavit Sophocles Peleo seu Phthiotidibus, sed inductus haud dubie in ea tragoedia est Peleus senex, regno expulsus (Odyss. *λ'*, 493 — 502.) ab Acasto, Peliae filio, vel ab Archandro et Architele, ipsius filiis. (Eurip. schol. ad Troad. 1133.) quem restituit Neoptolemus nepos sub tempus expugnatae a Graecis Trojae; quod quidem argumentum Euripidei dramatis fuisse probabiliter suspicatur Hartungus Eurip. restit. p. 290. — 297. de Sophocle v. W. Gr. Trag. p. 205. — 210. quod ad Euripidem attinet, Talthybius praeco Troad. loco praedicto, v. 1071. nostrae ed.,

Αὐτὸς δ' ἀνῆκται, inquit, *Νεοπτόλεμος, καινάς τινας*
Πηλέως ἀκούσας ξυμφορὰς, ὥς νιν χθονὸς
Ἄκαστος ἐκβέβληκεν, ὁ Πελίου γόνος.

Igitur in prima parte hujus tragoediae inductus fuerit Peleus exul et agro quodam inclusus ab Acasto, quem sibi insultantem et opibus superbum hisce videtur admonuisse:

1.

Stob. 114. p. 585.

— *Τὸ γῆρας, ὦ παῖ, τῶν νεωτέρων φρενῶν*
σοφώτερον πέφυκε κἀσφαλέστερον,
ἐμπειρία τε τῆς ἀπειρίας κρατεῖ.

ὦ παῖ. ita seniores, cum alloquuntur juvenes: v. Iliad. *ή*, 279., Soph. Oedip. T. 955.

2.

Idem 88. p. 500. et sequ.

Οὐκ ἔστιν ἀνθρώποισι τοιοῦτο σκότος,
οὐ δῶμα γαίας κλειστὸν, ἔνθα τὴν φύσιν
ὁ δυσγενὴς κρύψειε, κἂν σῇ σοφός.

Versum 3. emendavit Grot. ll.: *ὁ δ. κρύψας ἂν σῇ σ. κρύψειε* dictum impune pro *κρύψειεν ἄν:* v. Matth. gr. §. 514., ann., 1. ed.

3.

Id. 91. p. 507.

Τὸν ὄλβον οὐδὲν οὐδαμοῦ κρίνω βροτοῖς,
ὅν γ' ἐξαλείφει ῥᾷον ἢ γραφὴν θεός.

V. 2. codd. inepte *γράφει*, quod correxit Meinek. Nov. Marginal. V. (Zeitschr. f. d. Alt. a. 1843, 37.)

Digitized by Google

4.

Jo. Lydus de Magistrat. III, 25. p. 192.

— *Τὰ δ' ἔνθεν οὐκέτ' ἂν φράσαι λόγῳ*
δακρύων δυναίμην χωρίς.

κατὰ τὸν Εὐριπίδου Πηλέα.

Qua narratione audita Neopt. indignatus Parcas videtur imploravisse, ut Acasti superbiam ulciscantur. vel Chorus nautarum ejus, ad Peleum liberandum properans duce Neoptolemo, haec cecinerit parodo:

5.

Stob. Eclog. phys. p. 133.

Κλύετ', ὦ Μοῖραι, Διὸς αἵτε παρὰ
θρόνον ἀγχόταται θεῶν ἑξόμεναι!

Denique hanc ipsius Neoptolemi vocem putes, Pelei domum in agro clausam aperiri jubentis:

6.

Aristoph. Nub. 1153. (1112.) *Βοάσομαί τ' ἄρα τὰν ὑπέρτονον βοάν.* ibi schol.; *Παρὰ τὰ ἐκ Πηλέως Εὐριπίδου. ἐπιφέρει γὰρ*

Ἰὼ πύλαισιν ἥτις ἐν δόμοις.

sic quidem codd., sed vitiose, cumque schol. verba *Ἰὼ — δόμοις* subjecta fuisse dicat superioribus, equidem nullus dubito quin haec omnia tribuenda sint Neoptolemo, ita quidem scribenda:

Βοάσομαί τ' ἂν τὰν ὑπέρτονον βοάν.
Ἰὼ πύλαις ἴῃ τις, ὅστις ἐν δόμοις!

πύλαις, εἰς πύλας. apud schol. vero scribam *ἐπιφέρει δέ.* passim confusa *δὲ* et *γὰρ*: v. Porson. ad Med. 1083., nos ad Odyss. *μ'*, 342. etc. Ceterum haec indicio sunt tragoediam actam esse post Olymp. 89, 2., ante Chr. nat. 424., quo anno Aristophanes docuit Nubes.

XL. *ΠΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.*

Hujus nominis Pelopidae duo commemorantur, alter Pelopis filius, pater Agamemnonis et Menelai, alter Atrei filius. de illo v. annotata ad Cressas. de altero, quem hic agi verisimile videtur, Hyginus fab. 86.: „Thyestes Pelopis et Hippodamiae filius, quod cum Aëropa Atrei uxore concubuit, a fratre Atreo de regno est ejectus. At is Atrei filium Plisthenem, quem pro suo educaverat, ad Atreum interficiendum misit. quem Atreus credens fratris filium esse imprudens, filium suum, occidit.“ idem fab. 88., postquam exposuit de coena Thyestea, ita pergit: „Ob id scelus etiam Sol currum avertit. Thyestes scelere nefario cognito profugit ad regem Thesprotum. — Postero die rogat regem Thyestes, ut se in pa-

Digitized by Google

triam Lydiam remitteret. Interim sterilitas Mycenis frugum ac penuria oritur ob Atrei scelus. ibi responsum est, ut Thyestem in regnum reduceret. — Atreus mittit Agamemnonem et Menelaum filios ad quaerendum Thyestem; qui Delphos petierunt sciscitatum. casu Thyestes eo venerat ad sortes tollendas de ultione fratris: comprehensus ab eis ad Atreum perducitur. quem Atreus in custodiam conjici jussit" etc. Omisi, quae alio pertinent, epicumque potius quam dramaticum habent *χαρακτῆρα*. sed his insistens vestigiis talem tragoediae conformationem agnoscere mihi videor. Desperans de rebus suis Thyestes in Lydiam profectus, sed mox, Atreum ulciscendi „ditesque Mycenas" sibi vindicandi causa rediit et Delphis ab Atrei filiis inventus atque Argos reductus est. ibi, sive veteri odio sic recrudescente, sive certior factus de fratris insidiis, non benevole recepit eum Atreus, sed in vincula conjecit et interfecisset, nisi pretio vitae servandae ei indicasset, quem pro suo educavisset, Plisthenem ipsius Atrei esse filium, eumque, secum adductum patri restituisset. Hac re laetus, opinor, Atreus sacra fieri jussit, exclamans

1.

Μηλοσφαγεῖτε δαιμόνων ἐν ἐσχάραις!

quae leguntur apud Ammonium v. *βωμός* (*παρὰ Εὐριπίδῃ ἐσχάρα ἀντὶ τοῦ βωμοῦ κεῖται ἐν Πλεισθένει „Μηλοσφαγεῖτε"* etc.), et Thyestem e carcere emisit. hic autem dolo nefario clam persuadere juveni, eum revera suum esse filium, seque mentitum apud fratrem, quo facilior esset aditus ad eum Plistheni interfecturo. cui orationi ut fidem majorem faceret, spe regni potiendi Atreo ejusque filiis occisis blanditus esse videtur juveni, adeoque, velut re jam feliciter peracta, dedisse ei praecepta regnandi, opes, quamvis cum labore et periculo, acquirendas praedicans. Igitur hae fuerint Thyestae orationes.

2.

Stob. 46. 325.

Δήμῳ δὲ μήτε πᾶν ἀναρτήσῃς κράτος.
μήτ' αὖ κακώσῃς, πλοῦτον ἔντιμον τιθείς·
μήτ' ἄνδρα δήμῳ πιστὸν ἐκβάλῃς ποτὲ,
μήδ' αὖξε καιροῦ μεῖζον· οὐ γὰρ ἀσφαλὲς,
μή σοι τύραννος λαμπρὸς ἐξ αὐτοῦ φάνῃ.
κώλυε δ' ἄνδρα παρὰ δίκην τιμώμενον·
πόλει γὰρ εὐτυχοῦντες οἱ κακοὶ νόσος.

Versu 5. *αὐτοῦ·* acute Piersonus Verisim. p. 38. *ἀστοῦ.*

3.

Idem 91. p. 507.

Ὦ πλοῦθ', ὅσῳ μὲν ῥᾷστον εἶ βάρος φέρειν!
πόνοι δὲ κἄν σοι καὶ φθοραὶ πολλαὶ βίου
ἕνεισ'· ὁ γὰρ πᾶς ἀσθενὴς αἰὼν βροτοῖς.

Digitized by Google

4.

Epularum hilaritatem (fr. 1.) significant versus ex chori Argivorum parodo apud Athenaeum XV. 668, b, ubi sic ille: *Τῶν ἑρωμένων ἐμέμνηντο, ἀφιέντες ἐπ' αὐτοῖς τοὺς λεγομένους κοσσάβους. διὸ καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ Ἀφροδισίαν εἶρηκε τὴν λάταγα. — καὶ Ε. ἐν Πλεισθένει*

Πολὺς δὲ κοσσάβων ἀραγμὸς
Κύπριδος προσῳδὸν ἄχει μέλος ἐν δόμοισιν.

Posterior horum versuum est asynartetus constans anacreontico et penthemimeri iambica.

Atreus ad Plisthenem, qui eum invasit stricto gladio, patrem Thyestem ab eo occisum dicens figurate, i. e. regno et opibus exutum:

5.

Homeri schol. Venetus ad Il. δ', 319.

Οὐ τὸν σὸν ἔκταν πατέρα, πολέμιόν γε μήν.

credit autem revera rex propter impetum inopinatum, eum esse Thyestae filium, itaque rursus Plisthenem aggreditur et occidit. quo facto prosilit Thyestes triumphans eo, quod, qui olim sibi liberos mactatos apposuit in coena, nunc suum ipsius filium interfecit, Atreoque, impietatem non solum Pelopidae in Pelopidam, sed Argivi in Argivum, exprobranti respondet sarcastice, quippe Argis expulsus ab Atreo,

6.

Ἐγὼ δὲ Σαρδιανός· οὐ γὰρ Ἀργόλας,

„Ego vero Sardianus (i. e. Lydus) sum, neque enim Argivus; quae extant apud Stephanum Byzant., haec annotantem v. *Ἄργος*: *Λέγεται καὶ Ἀργόλας* (pro *Ἀργεῖος*). — *Ε. ἐν Πλεισθένει „Ἐγὼ δὲ Σαρδ. οὐ γὰρ οὐκέτ' Ἀργόλας."* sic enim codd.; sed *οὐκέτι* glossema est inepti correctoris, qui miraretur, Thyestem se negare Argivum. *οὐ γὰρ οὐκέτι* pro *οὐ γὰρ ἔτι* vix graecum esse arbitror. Potuit hoc dicere Thyestes, Tantali nepos, etiam si non fuit profectus in Lydiam. Temere Barnes. in Add. p. 522. *Ε. δὲ Σ., οὐκέτ' Ἀργ.*, cum longe fortius sit *οὐ γὰρ Ἀργ.*

7.

Plisthenis, impetui in Atreum facto veterum oraculorum auctoritatem praetendentis, haec esse visa sunt Welckero p. 690., cui assentior. Tzetzes ad Chiliad. XII, 341. apud Cramerum Analect. III, p. 373, 18.; *Εὐριπ. μέμνηται διφθερῶν, λέγων ἐν Πλεισθένει*

Εἰσὶν γὰρ, εἰσὶ, διφθέραι μελεγγραφεῖς
πολλῶν γέμουσαι λοξίου γηρυμάτων.

Nihili verbum est *μελεγγραφεῖς*, nec proficit a Bergkio apud W. p. 1594. propositum *μελαγγραφεῖς*, sed ponendum est me judice

Digitized by Google

παλαιγραφεῖς. passim confusa novimus in libris μ et π, αι et ε, quod etiam h. l. acciderit.

Superest vox a lexicographo Sangerman. servata, Anecd. Bekker. p. 107, 10.,

8.

Μόμφον: τὴν μέμψιν, Ε. Πλεισθένει.

quae vox et Plisthenis et Thyestae orationibus coram Atreo apta est.

Hanc fabulam imitatione latina expressam esse putant in Attii Pelopidis, cujus tamen dramatis. quae paucae extant reliquiae hisce parum conveniunt.

XLI. ΠΟΛΥΙΔΟΣ.

Apollodorus III, 3, 1. de Glauco, Minoïs II. filio: *Γλαῦκος δὲ, ἔτι νήπιος ὑπάρχων, μῦν διώκων εἰς μέλιτος πίθον πεσὼν ἀπέθανεν. ἀφανοῦς δὲ ὄντος αὐτοῦ Μίνως, πολλὴν ζήτησιν ποιησάμενος, περὶ τῆς εὑρήσεως ἐμαντεύετο· Κούρητες δὲ εἶπον αὐτῷ* (imo *αὐτὸν*) *τριχρώματον ἐν ταῖς ἀγέλαις ἔχειν βοῦν, τὸν δὲ τὴν ταύτης θέαν ἄριστα εἰκάσαι δυνηθέντα καὶ ζῶντα τὸν παῖδα ἀποδώσειν. συγκληθέντων δὲ τῶν μάντεων Πολύϊδος ὁ Κοιρανοῦ τὴν χρόαν τῆς βοὸς εἴκασε βάτου καρπῷ, καὶ ζητεῖν τὸν παῖδα ἀναγκασθεὶς διά τινος μαντείας ἀνεῦρε. λέγοντος δὲ Μίνωος, ὅτι δεῖ καὶ ζῶντα ἀπολαβεῖν αὐτὸν, ἀπεκλείσθη σὺν τῷ νεκρῷ. ἐν ἀμηχανίᾳ δὲ πολλῇ τυγχάνων εἶδε δράκοντα ἐπὶ τὸν νεκρὸν ἰόντα· τοῦτον βαλὼν λίθῳ ἀπέκτεινε, δείσας μὴ, ἂν αὐτὸς τελευτήσῃ, ταὐτὸ συμπάθοι.* (metuebat Polyidus, ne sibi mortuo idem accideret, scil. ut serpens se arroderet, sicut Glauci corpus. mendose ll. *τελευτ.*, *εἰ τοῦτο συμπ.*) *ἔρχεται δὲ ἕτερος δράκων κ. θεασάμενος νεκρὸν τὸν πρῶτον ἄπεισιν, εἶτα ὑποστρέφει ποίαν κομίζων, κ. ταύτην ἐπιτίθησιν ἐπὶ πᾶν τὸ τοῦ ἑτέρου σῶμα· ἐπιτεθείσης δὲ τῆς ποίας ἀνέστη. θεασάμενος δὲ Πολ. κ. θαυμάσας τὴν αὐτὴν ποίαν προσενεγκὼν τῷ τοῦ Γλαύκου σώματι ἀνέστησεν. Ἀπολαβὼν δὲ Μίνως τὸν παῖδα οὐδ' οὕτως εἰς Ἄργος ἀπιέναι τὸν Πολύϊδον εἶα πρὶν ἢ τὴν μαντείαν διδάξαι τὸν Γλαῦκον· ἀναγκασθεὶς δὲ ὁ Πολ. διδάσκει. ἐπεὶ δὲ* (perperam ll. — *διδάσκει. καὶ ἐπεὶ δὴ* —. nihil hic agit *καὶ*, ortum illud procul dubio ex — *κει* vicino. etiam *δὴ* alienum.) *ἀπέπλει, κελεύει τὸν Γλαῦκον εἰς τὸ στόμα* (*οἱ*) *ἐμπτύσαι* (sic schol. Lycophr. ad 811., Heyn. nota et Clavier. ll. Apollodori *ἐπιπτύσαι*,)· *καὶ τοῦτο ποιήσας Γλ. τὴν μαντείαν ἐπέλαθετο.* (simile quiddam de Apolline et Cassandra narrat Servius ad Virg Aen. II, 247.) Hyginus fab. 136.: „Glaucus, Minoïs et Pasiphaae fil., dum ludit pila, cecidit in dolium melle plenum. quem cum parentes quaererent, Apollinem sciscitati sunt de puero. quibus Apollo respondit: „„Monstrum

Digitized by Google

vobis natum est, quod si quis solverit, puerum vobis restituet.“ Minos sorte audita coepit monstrum a suis quaerere; cui dixerunt, natum esse vitulum, qui ter in die colorem mutaret per quaternas horas, (?) primum album, secundum rubeum, deinde nigrum. Minos autem ad monstrum solvendum augures convocavit; qui (leg. „quod.“ „Invenire, demonstrare et solvere monstrum idem est, *τὴν θέαν* scil. vituli illius *εἰκάσαι*, ut loquitur Apollod. *εὑρεῖν αἴνιγμα* non dissimiliter dixit Palaeph. c. 7.“ E Munckero.) cum non invenirent, Polyidus, Coerani fil., bizanti (sic ll., sed mendose, quidquid moliuntur philologorum filii. puto equidem, Hyginum scripsisse „vix arte.“ passim confusa b et u, n et r, tum similia *χ* et *Z*. arte, ut Apollod. *διά τινος μαντείας*.) monstrum demonstravit, eum (scil. vitulum) arbori moro similem esse: nam primum album est (scil. morum); deinde rubrum; cum permaturuit, nigrum. Tunc Minos ait ei „„Ex Apollinis responso filium mihi oportet restituas.““ quod Pol. dum auguratur, vidit noctuam (*γλαῦκα*, undè de Glauco cogitabat, sicut apibus conspectis de melle) super cellam vinariam sedentem atque apes fugantem. augurio accepto puerum exanimem de dolio eduxit. cui Minos ait „„Corpore invento nunc spiritum restitue.““ quod Pol. cum negaret posse fieri, Minos jubet eum cum puero in monumento includi et gladium poni (malim „imponi,“ i. e. intus poni). qui cum inclusi essent, draco repente ad corpus pueri processit. quod Pol. aestimans eum velle consumere, gladio repente percussit et occidit. altera serpens, parem quaerens, vidit eum interfectum, (eum, ut in superioribus: nam mas serpens dicitur. minus recte ll. eam interfectam.) et progressa herbam attulit, atque ejus tactu serpenti spiritum restituit. idemque Pol. fecit. qui cum intus vociferarentur, quidam praeteriens Minoi nuntiavit, qui monumentum jussit aperiri et filium incolumem recuperavit, Polyidum cum multis muneribus in patriam remisit.“ Matth.: „Quae de noctu enarrat, ea ex Euripide sumta esse ostendit Aelianus De nat. anim. V, 2. *Ἔοικεν ὁ Ε.* (*οὐκ*) *ἀβασανίστως πεποιηκέναι τὸν Πολύϊδον ὁρῶντα* (*γλαῦκα*), *κ. ἐξ αὐτῆς τεκμηράμενον, ὅτι εὑρήσει καὶ τὸν Γλαῦκον τὸν τεθνεῶτα, τοῦ Μίνω τὸν υἱόν.* — Etiam de bove tricolore schol. Aristid. t. II. p. 307. ed. Jebb.: *Τραγικῆς βοός. Δρᾶμα πεποίηται Εὐριπίδου* (scrib. *Εὐριπίδῃ*. Both.), *ἐν ᾧ βοῦν τρίχρωμον ποιεῖ εὑρῆσθαί τισι* Utrumque locum indicavit Valck. Diatr. p. 201. Idem p. 200. nomen vatis usitato more ab Euripide scriptum esse *Πολύειδον* producta paenultima suspicatur, quia de Sophocle notatum a grammaticis, nomen illi scriptum paenultima correpta *Πολύϊδον*.“ (Iliad. *ν'*, 663. *Ἦν δέ τις Εὐχήνωρ, Πολυείδου μάντιος, υἱός*, et 666. *Πολλάκι γάρ οἱ ἔειπε γέρων ἀγαθὸς Πολύειδος*. cf. *ε*, 148.)

Fabula veteris plena superstitionis et epicae quam dramaticae Musae aptior, quam tamen fabulam sibi tractandam serio elegerunt

Digitized by Google

etiam Aeschylus Cressis et Sophocles Polyïdo, Comicus autem cupide tali argumento sales adsperserit in cognomini dramate, cujus reliquiae paucae extant.

Euripidea quidem tragoedia videtur initium cepisse a conventu vatum atque augurum, ex quibus Chorum constitisse existimes. Prologi partes tribuam Minoï, qui se felicem praedicaverit propterea, quod suo sumtu ac dispendio tot divinos ex tota Graecia congregari apud se potuerit ad explorandam filii mortem, vel restituendum eum, si adhuc vivat (fr. 2.). Deinde inductus fuerit Polyïdus augurans (fr. 3.) eventu illo, quem narrant mythographi. Reperto igitur cadavere Glauci, ubi vitam ei reddere jubetur Pol., isque id se posse frustra negavit, artem et doctrinam deplorans, quam vulgus carpere soleat, sequitur acris altercatio vatis cum rege, cui, aetate provecto, multos inesse morbos senectuti dicens, animum impotentem, ignorantiam consuetam divitum, tandemque ira gliscente arrogantiam, improbitatem atque tyrannidem exprobrat (fr. 4. — 10.). his contumeliis irritatus Minos, genere, opibus potentiaque maritima superbus (cf. annotata ad Theseum trag. p. 135.), Polyïdum una cum Glauci corpore sepulcro includi idque magnifice exstrui atque exornari jubet, Polyïdo magnam inutiliter profusam vim pecuniae vituperante. igitur Minos in sepulcrum abduci eum imperat, qui, mortem philosophice contemnens,

1.

Sext. Empir. Pyrrhon. hypotyp. III, 229., schol. Plat. p. 119. ed. Ruhnken.

Τίς δ' οἶδεν, inquit, *εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν; τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν κάτω νομίζεται;*

Matth.: „*κάτω νομίζεται.* pro eo Diog. Laërt. IX, 73. habet *νομίζεται βροτοῖς.* reliqui, ut Plato Gorg. p. 492, e, Clem. Al. Strom. p. 432, d, Origenes in Celsum VII, p. 366. Clem. Al. schol. Eurip. Hipp. 191., schol. Aristoph. Ran. 1114., tantummodo priorem et alterum usque ad *ζῆν* citant. schol. Ran. 1526. post *ζῆν* (v. 2.) addit *ὑπνοῦν δὲ τὸ κατθανεῖν*, simile illud Shakspeariano To die, perhaps to sleep. Hinc valde vereor ne varia ista supplementa non ab Euripide profecta sint, sed ab aliquo, qui secundum versum mutilum esse aegre ferret. quod vero schol. Aristoph. addit, verba, quae attulit, Comici alicujus esse, vel metrum ostendit" etc.

2.

Stob. 89. p. 502.

(Minos.) *Οὐ γὰρ παρὰ κρατῆρα καὶ θοίνην μόνον τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν ἡδονὰς ἔχει, ἀλλ' ἐν κακοῖσι δύναμιν οὐ μικρὰν φέρει.*

Digitized by Google

3.

Schol. in Hermog. p. 416. ed. Laurent., II. p. 254. ed. Sturm., III. p. 327. Rhet. Walz. *Τὸ Εὐριπίδου ἐν Πολυΐδῳ.*] *Οὕτως ἔχουσι τὰ τοῦ Πολυΐδου ῥήματα*

(Pol.) *Ἔα, ἔα,*
Ὁρῶ γ' ἐπ' ἀκταῖς νομάδα κυματοφθόρον
ἁλιαίετον· τὸν παῖδα χερσεύει μόρος,
εἰ μὲν γὰρ ἐκ γῆς εἰς θάλασσαν ἵπτατο
ὁ κύματ' οἰκῶν ὄρνις, ἡρμήνευσεν ἂν
τὸν παῖδ' ἐν ὑγροῖς κύμασιν τεθνηκέναι·
νῦν δ' ἐκλιπὼν ἤθη τε καὶ νόμον βίου
δεῦρ' ἔπτατ'· οὔκουν ἔσθ' ὁ παῖς ἐν οἴδμασιν.

V. 1. *κυματοφθόρον* quid sit, dubites, possis tamen intelligere avem perniciosam fluctibus, i. e. insolentiore quidem sermone auguris piscibus marinis. Ruhnken. apud Valck., ipso probante, *κυματότροφον*, mari nutritum, quod parum verisimile videtur. quodsi mutatione opus est, malim *κυματόπτερον*, qui *π* et *φ* litteras permutatas nonnunquam in libris sciam: v. p. 138. proclive enim fuit, scriptum forte *κυματόφτερον* magis magisque depravari. Ovid. Met. VIII, 146. „fulvis haliaeetos alis." 2. *τὸν π. χ. μόρος.* Valck.: „in terra jacet pueri cadaver. obscura forma loquendi divinum non dedecebat."

4.

Stob. 59. p. 382.

(Pol.) *Οἱ τὰς τέχνας ἔχοντες ἀθλιώτεροι*
τῆς φαυλότητος· καὶ γὰρ ἐν κοινῷ ψέγειν
ἅπασι κεῖσθαι δυστυχές, κοὐκ εὐτυχές.

V. 2. ll. *τοιγὰρ* pro *καὶ γάρ*. contra *καὶ γὰρ* pro *τοιγὰρ* scripserunt Athen. 277, c, quemadmodum *κ* et *τ* permutata interdum reperias.

5.

Idem. 115. p. 590.

(Pol.) *Φεῦ φεῦ, τὸ γῆρας ὡς ἔχει πολλὰς νόσους!*

Quae his subjecta sunt apud Stobaeum,

Γέροντι δ' οὐχ οἷόν τε μηκύνειν χρόνον,
Μακρὸς γὰρ αἰὼν συμφορὰς πολλὰς ἔχει,

alio pertinere, neque tria haec fragmenta conjungenda esse vidit Meinek. Marginal. III, 2. (Zeitschr. f. d. Alt. a. 1844, 1.) versum 3. jampridem Grot. a superioribus sejunxit.

6.

Stob. 3. p. 36.

(Pol.) *Ὅστις νέμει κάλλιστα τὴν αὑτοῦ φύσιν,*
σοφὸς πέφυκεν οὗτος εἰς τὸ συμφέρον.

Digitized by Google

librarii quotidianum verborum ordinem sectantes v. 2. *οὗτος σοφὸς π. ε. τὸ σ.*, voce gravissima *σοφὸς* sequiore loco posita dipodiae, quae vox jam principem accepit sedem; et *οὗτος* pariter in ictu collocatum est.

7.

Idem 93. p. 514.

(Pol.) *Πλουτεῖς· τὰ δ' ἄλλ' οὔ μοι δοκεῖς ξυνιέναι.*
ἐν τῷ γὰρ ὄλβῳ φαυλότης ἔνεστί τις,
πενία δὲ σοφίαν ἔλαχε διὰ τὸ δυστυχές.

ll. v. 1. mendose: *τὰ δ' ἄλλα μὴ δοκ. ξ.* 3. in proverbium abiit: v. Zenob. V, 72., Clem. Alex. Strom. IV, 483. sequ., ubi male legitur *τὸ συγγενές*. „Similia sententia est Theocriti (idyll. 11.) *Ἁ πενία — μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει.*" Matth.

8.

Id. 43. p. 302,

(Pol.) *Ὅταν κακός τις ἐν πόλει πράσσῃ καλῶς,*
νοσεῖν τίθησι τοὺς ἀμείνονας φρενῶν,
παράδειγμ' ἔχοντας τῶν κακῶν ἐξουσίαν.

V. 2. librarii perverse *ν. τ. τῶν ἀμεινόνων φρένας*, quo pacto *ἔχοντας* non habet quo referatur. tralaticius error in confusis vocabulorum compendiis.

9.

Id. 22. p. 187.

(Pol.) *Βαρὺ τὸ φόρημ' οἴησις ἀνθρώπου κακοῦ.*

malim *Βαρύ τοι. οἴησις*, arrogantia, german. Dünkel v. Wyttenbach. ad Plut. p. 39, d.

10.

(Pol.) *Ὅστις γὰρ ἀστῶν πλέον ἔχειν πέφυκ' ἀνὴρ,*
φίλοις τ' ἄμικτός ἐστι καὶ πάσῃ πόλει.

Perperam haec cum superioribus *Βαρὺ* etc. copulantur in libris.

11.

Valck. Diatr. p. 203. postquam dixit de fragmentis 12. 13. 14., quorum 14. item omisso nomine fabulae excerpsit Eustathius: „Faciunt ista praesertim," inquit, „ut suspicer insigne me hujus dramatis detexisse fragmentum in Eratosthenis Epistola de cubi duplicatione, quam scriptam ad Ptolemaeum (III., Euergeten) regem servavit nobis Eutocius Ascalonita Comment. in Archimedis l. II. de Sphaera et Cylindro p. 20. — sic autem Epistolam inchoat Erat.: *Τῶν ἀρχαίων τινὰ τραγῳδιοποιῶν φασιν εἰσαγαγεῖν τὸν Μίνω τῷ Γλαύκῳ κατασκευάζοντα τάφον· πυθόμενον δὲ, ὅτι πανταχοῦ ἑκατόμπεδος εἴη, εἰπεῖν Μικρόν γ' ἔλεξας βασιλευ-*

Digitized by Google

κοῦ σηκὸν τάφου διπλάσιον ἔστω. τοῦ δὲ κύβου μὴ σφαλῇς" etc. Duo versus ita scribendos arbitror

(Minos.) *Μικρόν γ' ἔλεξας βασιλικοῦ σηκὸν τάφου·*
διπλάσιον ἔστω· τοῦ κύβου δὲ μὴ σφαλῇς.

nullo negotio Valck. restituit *βασιλικοῦ* et *τοῦ — σφαλῇς*. idem posuit *διπλάσιος*, quo non opus.

12.

Plut. de Vita juc. secund. Epic. p. 1104, d. — *Ὅπλα, κ. σκεύη, κ. ἱμάτια συνήθη τοῖς τεθνηκόσι, καὶ, ὡς ὁ Μίνως τῷ Γλαύκῳ,*

— Κρητικοὺς
αὐλοὺς, θανούσης κῶλα ποικίλης νεβροῦ,
συνθάπτοντες ἤδιον ἔχουσιν.

13.

Stob. 122. p. 613.

— (Pol.) *Ἀνθρώπων δὲ μαίνονται φρένες,*
δαπάνας ὅταν θανοῦσι πέμπωσιν κενάς.

14.

Schol. Venet. Iliad. *κ'*, 56. de vocabulo *τέλος*. *Ποτὲ δὲ τὸ δαπάνημα, ὡς Ε. ἐν Πολυείδῳ*

(Pol.) *Μάτην γ' ἂν οἴκων σῶν τόδ' ἐκβαίη τέλος.*

liber Ms. *M. γὰρ οἴκῳ σὸν τ. ἐκκαίει τ.*, sed Eustath., Il. *κ'*, p. 702, 47. = 789, 14., non commemorato nomine fabulae, *M. δ' εἰκοστὸν τόδ' ἐκβαίη τ. γὰρ* et *γ' ἄν* (sic Matth. nota) etiam alias permixta sunt, velut apud Philemonem Stob. 65, 5. de *β* et *κ* confusis dixit Bast. Epist. crit. p. 92. et sequ., item Schweigh. ad Athen. 382, b, 532, f. cf. scholl. brev. Odyss. *ν'*, 223., Aeschyl. Pers. 285.

15.

Erotian. *Διεβλήθησαν: παρελογίσθησαν. — μέμνηται* (Euripidem dicit) *τῆς λέξεως κ. ἐν Πολυείδῳ, κ. ἐν Ὀρέστῃ.* cf. Hippolyti fr. 18.

16.

Gregor. Cor. p. 17. sequ. — *Ἀλλὰ καὶ Ε. ἐν Πολυΐδῳ τῷ δράματι „Οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον" ἀντὶ τοῦ „δράσεις" ἐξήνεγκε.* libri nonnulli *ἐν Πολυδώρου* (*Πολυδώρῳ*) *δράματι* Meermanni *ἐν Πολυξένῃ τῷ δράματι.* sed etiam schol. Ravenn. Bekker. ad Aristoph. Thesm. 870. (?) *Σύνηθες τὸ σχῆμα. Μένανδρος „οἶσθ' ὃ ποίησον." — „οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον" Ε. Πολυΐδῳ.* Matth.: „Mihi vix probabile videtur, si genuina scriptura

Digitized by Google

esset *ἐν Πολυδώρου* vel *ἐν Πολυξένῃ δράματι*, quae satis nota sunt, si non fabularum, at personarum nomina, aliquem substituisse titulum minus notae fabulae *ἐν Πολυΐδῳ*. hoc itaque verum puto, quanquam idem hemistichium est Hecub. 222." Hic quidem locus haud dubie significatur nomine Polydori, fortasse etiam Polyxenae, quarum personarum partes sunt in Hecuba. sed habetur ea formula etiam alibi apud Euripidem: v. indicem in nostra ed., vol. II. p. 802.

XLII. ΠΡΩΤΕΣΙΛΑΟΣ.

Schol. Aristidis t. II. p. 288. ed. Jebb., p. 256. Frommel. *Ὁ Πρωτεσίλαος δρᾶμα γέγραπται τῷ Εὐριπίδῃ. Λέγεται δὲ, ὅτι γαμήσας, κ. μίαν ἡμέραν μόνον συγγενόμενος τῇ γυναικὶ, ἠναγκάσθη μετὰ τῶν Ἑλλήνων κατὰ Τροίαν ἀπελθεῖν, κ. πρῶτος ἐπιβὰς τῆς Τροίας ἐτελεύτησε. καί φασιν, ὅτι τοὺς κάτω δαίμονας ἠτήσατο, κ. ἀφελθῆ μίαν ἡμέραν, κ. συνεγένετο τῇ ἑαυτοῦ γυναικί.* similiter Lucianus Dial. mort. 23. et Tzetz. Chil. II, 52., nisi quod hoc addit Luc., Protesilaum oravisse uxorem, ut ad se descenderet; quod placuit etiam Philostrato Heroic. exord. 2. Peculiare est, quod narrat Servius ad Aen. 447. (Mythogr. I, 158., II, 215.): „Laodamia uxor Protesilai fuit, quae cum maritum in bello Trojano primum periisse cognovisset, optavit ut ejus umbram videret; qua re concessa non deserens eum in amplexibus ejus periit." quae legenti in mentem veniat nobilissimi carminis, quod inter Bürgeri nostratis est, inscriptum „Lenore," similisque Caledonii, cujus initium est

There came a ghost to Marg'ret's door.

v. Percy Relics of anc. Poët. vol. III. p. 127. Hyginus fab. 103. „Achivis fuit responsum, qui primus littora Trojanorum attigisset, periturum. cum Achivi classes applicuissent, ceteris cunctantibus Iolaus, Iphicli (Phylaci Thessali, Argonautae, filii) et Deïdamiae filius, primus e navi prosiluit. qui ab Hectore confestim est interfectus; quem (fort. legendum quo, i. e. quapropter) cuncti appellarunt Protesilaum, quoniam primus ex omnibus perierat. Quod uxor Laodamia, Acasti filia, cum audiisset eum periisse, flens petit a diis, ut sibi cum eo tres horas colloqui liceret. quo impetrato a Mercurio reductus tres horas cum ea collocutus est (ita Hartung. pro — „reductus, t. h. cum eo collocuta est"). Quod (i. e. Ob quod) iterum cum obiisset Prot., dolorem pati non potuit Laodamia." Qui h. l. in definiendo tempore istius colloquii ab aliis discrepat Hyg., etiam de morte Laodamiae diversam famam sequitur fabula 104., quae sic habet: „Laodamia, Acasti filia, amisso (imo „cum amisso") conjuge cum tres horas consumsisset, quas a diis petierat, fletum et dolorem pati non potuit. itaque

Digitized by Google

fecit simulacrum cereum*), simile Protesilai conjugis, et in thalamis posuit sub simulatione sacrorum, et eum colere coepit. Quod cum famulus matutino tempore poma ei attuliset ad sacrificium, per rimam adspexit, viditque eam amplexu (ita Muncker. nota. ll. „ab ampl.“) Protesilai simulacrum tenentem atque osculantem. aestimans, eum adulterum habere, Acasto patri nuntiavit. qui cum venisset et in thalamos irrupisset, vidit effigiem Protesilai. quae ne diutius torqueretur, jussit signum et sacra pyra facta comburi; quo se Laod., dolorem non sustinens, immisit atque usta est.“

Haec quominus exposita putemus in dramate Euripideo, nihil obstat praeter nomen Acasti, qui Alcathous vocabatur apud poëtam, si fides habenda est Photio p. 300. ed. Herm. et Suidae v. *πενθερά*, ubi haec leguntur. *Πενθερά: τῷ νυμφίῳ ἡ τῆς κόρης μήτηρ, κ. πενθερὸς ὁ πατήρ. Ε. δὲ γαμβρὸν αὐτὸν παρὰ τάξιν λέγει. ὁ γοῦν Ἀλκμαίων τῷ Φηγεῖ φησι* — (v. Alcmaeon a, 10., p. 30.). *καὶ ὁ Προτεσίλαος τῷ Ἀλκάθῳ* [*φησίν*]

1.

— *Ἄξιος δ' ἐμὸς*
γαμβρὸς κέκλησαι, παῖδά μοι ξυνοικίσας.

sed consentio Hartungo, mendam subesse, arbitrorque, forte scriptum *ΑΚΑΣΘΩΙ* augente corruptione abiisse in *ΑΛΚΑΣΘΩΙ* et *ΑΛΚΑΘΩΙ*. etiam apud Ovidium l. c. 25. Laodamia:

Vix socer Iphiclus, vix me grandaevus Acastus,
vix mater gelida moesta refecit aqua.

Hartungus l. c.: „Acasti nomen in Phthiotarum fabulis celebratissimum fuit; Alcathoi in ejus civitatis antiquitatibus mentio, quod sciam, nulla fit.“

Fragmentorum hujus dramatis alia sunt facilia explicatu, alia ejusmodi, ut aegre huc trahi posse videantur. velut viri, qui nuntium de morte Protesilai attulit, dicas esse verba, quae servavit

---

*) Mendose codd. „aereum.“ Ovidius Epist. Laod. ad Protes. 151.
Dum tamen arma geres diverso miles in orbe,
quae referat vultus est mihi cera tuos.
illi blanditias, illi tibi debita verba
dicimus; amplexus accipit illa meos.
— —
hanc specto teneoque sinu pro conjuge vero,
et, tanquam possit verba referre, queror.
idem Remed. am. 723.
Si potis et ceras remove. quid imagine muta
carperis? Hoc periit Laodamia modo.
quibus verbis idem atque Hyginus posteriore loco significare videtur genus mortis. ex superioribus autem intellegitur, Laodamiam statim post profectionem mariti in bellum fecisse illam ejus imaginem, non post discessum umbrae, ut persuadere vult Hyg., similia confudens. quod animadvertit Hartung. Eurip. restit. p. 274.

Digitized by Google

2.

Stob. 183. p. 615.

Πέπονθεν οἷα καὶ σὲ καὶ πάντας μένει.

et Laodamiae responsionem

3.

Οὐ θανῦμ' ἔλεξας, θνητὸν ὄντα δυστυχεῖν,

quae idem habet 96. p. 532. neque inepte ad eam mulieris orationem referas

4.

Stob. 110. p. 581.

Πόλλ' ἐλπίδες ψεύδουσι καὶ λόγοι βροτούς,

qua sententia se falsa spe vanisque rumoribus de viro incolumi delusam dolet. sic autem haec scribenda esse intellexit G. Dindorf., nec ferenda codicis A. Paris. scriptura *Π. ἐ. ψ. καὶ ἄλογοι β.*, quam temere Musgrav. probans satis habuit ponere *κἄλογοι*, aut Matthiaei correctio *Π. ἐ. ψεύδουσιν αἱ ἄλογοι*, sive *ἄλογοι, β.* Item haec Laod. eadem occasione dixerit, quae leguntur apud Dionem Chrys. orat. 37. p. 467, b,

5.

Οὐκ ἂν προδοίην καίπερ ἄψυχον φίλον.

Denique chorus Phylaciorum (nam Phylace hae res geruntur) Laodamiae pietatem praedicaverit, dicens

6.

Stob. 67. p. 423.

Ὅστις δὲ πάσας συντιθεὶς ψέγει λόγῳ
γυναῖκας ἐξῆς, σκαιός ἐστι κοὐ σοφός·
πολλῶν γὰρ οὐσῶν· τὴν μὲν εὑρήσεις κακὴν,
τὴν δ', ὥσπερ αὕτη, λῆμ' ἔχουσαν εὐγενές!

Sed reliqua abhorrent, quidquid argutantur viri docti, quae propterea separatim perscripsi propriis versiculorum numeris, suspicorque alio pertinere.

I.

Schol. Soph. Oed. Col. 10. *Βέβηλος τόπος ἐστὶν ὁ ἀκάθαρτος κ. βατὸς πᾶσι, καὶ βέβηλος ἀνὴρ ὁ μιαρός. Ε. Πρωτεσιλάῳ*

Οὐ γὰρ θέμις βέβηλον ἅπτεσθαι δόμων.

II.

Plutarch. t. II. p. 10, a. *Οὐ τὸ νικᾶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἡττᾶσθαι ἐπίστασθαι καλὸν, ἐν οἷς τὸ νικᾶν βλαβερόν. ἔστι γὰρ ὡς ἀληθῶς καὶ νίκη Καδμεία* (i. e. victoria inutilis et per-

Digitized by Google

niciosa; v. Herodot. I, 166.). *ἔχω δὲ μάρτυρα τούτων καὶ Εὐριπίδην τὸν σοφὸν ἐπαγαγέσθαι, λέγοντα*

Δυοῖν λεγόντοιν θατέρου θυμουμένου,
ὁ μὴ 'ντιτείνων τοῖς λόγοις σοφώτερος.

Attulit haec etiam Stob. 5. p. 63. et 19. p. 168., quo loco, non item priore, e Protesilao excerpta dicit.

III.

Clemens Al. Strom. VI. p. 620, a. *Πλάτωνος ἐν Πολιτείᾳ εἰπόντος κοινὰς εἶναι τὰς γυναῖκας, Ε. ἐν Πρωτεσιλάῳ γράφει*

Κοινὸν γὰρ εἶναι καὶ γυναικεῖον γένος.

IV.

Stob. 73. p. 448.

Ὦ παῖδες οἷον φίλτρον ἀνθρώποις φρενός!

XLIII. ΡΑΔΑΜΑΝΘΥΣ.

In hoc dramate Rhadamanthi exilium in Boeotia tractatum fuisse, ex commemoratione Euboeae fr. 1. colligit Matth. cf. annot. ad Alcmenae fr. 16., p. 37.

1.

Strabo VIII, p. 546, a. *Ε. ἐν Ῥαδαμάνθυι καλεῖ πόλιν τὴν χώραν,*

Οἵ γῆν ἔχουσ' Εὐβοῖδα, πρόσχωρον πόλιν.

2.

Grammat. Sangerman. Ruhnkenii apud Valck. Diatr. p. 203. *Ἐξαιρεῖν: ἀντὶ τοῦ ἀπαίρειν* (leg. *ἀφαιρεῖν*. J. Pierson.). *Ε. δὲ Ῥαδαμάνθυι*

Οὐδεὶς γὰρ ἡμᾶς.... ἐξαιρήσεται,

ἀντὶ τοῦ ἀφαιρήσεται. Bekker Anecd. p. 93. sequ. *Ἐξαίρειν: ἀντὶ τοῦ ἀπαίρειν. Ε. δὲ* etc. *αὐτὸν* inserto Pierson. explebat versum ad arbitrium suum. equidem, simile simili offecisse ratus, malim

Οὐδεὶς γὰρ ὑμᾶς ἡμὶν ἐξαιρήσεται,

Nam nemo, vos qui nobis eripiat, erit.

vox Rhadamanthi ad maleficos. Heyn. Obs. ad Apollod. III, 1, 2., p. 215.: „Rhadamanthum insulas occupasse et severe jus dixisse, etiam apud Diodorum V, 79. narratum."

Ex ejusdem persona, prologum agentis, haud dubie dicta sunt illa apud Stob. Eclog. eth. p. 177., Heeren. Floril. 62. p. 401.

Digitized by Google

8.

Ἕρπετες ἡμῖν εἰσι παντοῖοι βίου.
ὁ μὲν γὰρ εὐγένειαν ἱμείρει λαβεῖν·
τῷ δ' οὐχὶ τούτου φροντὶς, ἀλλὰ χρημάτων
πολλῶν κεκλῆσθαι βούλεται πατὴρ δόμοις·
ἄλλῳ δ' ἀρέσκει μηδὲν ὑγιὲς ἐκ φρενῶν
λέγοντι πείθειν τοὺς πέλας τόλμῃ κακῇ·
οἱ δ' αἰσχρὰ κέρδη πρόσθε τοῦ καλοῦ βροτῶν
ζητοῦσιν· οὕτω βίοτος ἀνθρώπων πλάνη·
ἐγὼ δὲ τούτων οὐδενὸς χρῄζω τυχεῖν,
δόξαν δὲ βουλοίμην ἂν εὐκλείας ἔχειν.

Versu 7. *βροτῶν.* fortasse E. vitato ambigue dixit *βροτοί.*

XLIV. *ΣΘΕΝΕΒΟΙΑ.*

Hoc drama clausula Bellerophontis appellari potest: continet enim heroïs reditum Tirynthem ad ulciscendam Proeti et Sthenoboeae perfidiam. Matth.: „De Sthenoboea exitu Hyginus fab. 57.; Sthenoboea re audita (rebus a Bellerophonte in Lycia fortiter gestis et in matrimonium ducta Iobatis filia) ipsa se interfecit. et schol. Aristoph. Ran. 1075. (982.) — *Ἐλθόντος οὖν ἐκεῖσε* (in Lyciam)) *κ. καθαροῦ φανέντος, μὴ φέρουσα τὴν αἰσχύνην ἡ Σθενέβοια κωνείῳ ἐχρήσατο.* Contra scholion Venet. ad Pacem, 140., quod descripsit Bekker. *Τοὺς Τραγικοὺς παίζει διὰ τὰ περὶ Ἰκάρου λεγόμενα, ἢ ἐπεὶ δοκεῖ ὁ Βελλεροφόντης τὴν τοῦ Προίτου γυναῖκα, μετὰ τὴν τῆς Χιμαίρας ἀναίρεσιν ἐπανελθὼν εἰς Κόρινθον, ἀπατῆσαι καὶ ἕξον* (?), *κ. ἐμβιβάσας τοῦ Πηγάσου εἰς μέσην ῥῖψαι τὴν θάλασσαν*" etc. postrema horum sic ordinanda atque legenda esse arbitror: — *ὁ Βελλ., μετὰ — Τίρυνθον* (sic Hartung.), *ἀπατ. ὡς ἐρῶν, κ. ἐμβ.* etc. Bekker. *ἀπατ. ὡς ἔξων.* Ceterum Hygini verbis nihil proficitur ad explicandum argumentum tragoediae; scholiastes autem Comici ad Ran. l. c. ex ipso Aristophane videtur sumsisse *τὸ „κώνεια πίνειν.*" rem acu tetigisse Venetum, intelligitur ex nota marginali codicis Medicei, qui continet Gregorii Cor. scholia in Hermogenem *Περὶ μεθόδου δεινότητος*, XXX, 13., cujus notae initium usque ad verba *ἡ γυνὴ δὲ αὐτοῦ*, quo loco pars folii abscissa est, cum primus publicasset Walz. Rhet. gr. t. VII. p. 1321., W. (Gr. Trag. p. 777. et 78.) totam a docto Italo descriptam, et ab se suppletam, communicavit cum suis lectoribus. quae nota hujusmodi est. *Ταῦτα λέγει Ε. ὡς Σθενεβοίᾳ τῷ δράματι, εἰσάγων τὸν Βελλεροφόντην γνωμολογοῦντα. ἔστι δὲ ἡ ὑπόθεσις αὕτη. Προῖτος ἦν Ἀκάμαντος υἱὸς, Ἀκρισίου δὲ [ἀδελφὸς], βασιλεὺς δὲ Τίρυνθος· γήμας δὲ Σθενέβοιαν ἐξ αὐτῆς ἐγέννησε παῖδας. Βελλεροφόντου δὲ φεύγοντος ἐκ Κορίνθου διὰ φόνον αὐτὸν μὲν ἤγνισε τοῦ μύσους, ἡ γυνὴ δὲ αὐτ[οῦ τὸν*

Digitized by Google

ξένον μὲν] ἠγάπησε, τυχεῖν δὲ οὐ δυναμένη τοῦ ἐπιθυμηθέντος διέβαλλεν, ὡς ἐπιτεθέντα αὐτῇ, τὸν Κορίνθιον. πεισθεὶς δὲ ὁ Πρ. ἐξέπεμψεν αὐτὸν εἰς Καρίαν, ἵνα ἀπόληται διὰ τὰ [γράμματα, ἃ] ἐκέλευσε πρὸς Ἰοβάτην διακομίζειν. ὁ δὲ τοῖς γράμμασι ἀκούσας πράττει (liber γραμμα ακ,ο πραττ, quod fuisse putem γράμμασιν εἰκότως πράττων) πρὸσέταξεν αὐτῷ διακινδυνεῦσαι πρὸς τὴν χίμαιραν. ὁ δὲ ἀγωνισάμενος τὸ θηρίον ἀνεῖ[λε, καὶ πάλιν] ἐπιστρατεύσας εἰς τὴν τι [Hartung. Τίρυνθον, W. minus commode τιμωρίαν] [κατε] μέμψατο τὸν [Προῖτον, αὐτὸν] δὲ κ. τὴν Σθενέβο[ιαν ἠπείλησεν (W. ἀπειλήσας) ἀπάξειν. μαθὼν [δὲ τὸν Προῖτον] προτι [Hartung. πρὸ Τίρυνθος sive Τιρύνθου] ἐπὶ β[ωμὸν Διὸς ἀναχωρῆσαι, ἔνα]βιβάσας ἐπὶ τὸν] πήγασον τὴν Σθενέβο[ιαν, σὺν αὐτῇ] ἐπὶ τὴν θάλασσαν ἦρ[θη εἰς ὕψος, τὴν] δὲ κατὰ Μῆλον τὴν νῆσον [εἰς θάλασσαν ἔβ[ρίψεν. αὐτὴν μὲν ἀποθ[ανοῦσαν ἐκεῖ] ἁλιεῖς ἀναλαβόντες [ἔφερον] εἰς Τίρυνθον. πάλιν δὲ ἐπιστ [ρεψάμενος ὁ] Βελλ. πρὸς τὸν Προῖ[τον] αὐτὸς ὡμολόγησε πεπραχέναι ταῦτα· δὶς γὰρ ἐπιβουλευθέντα ὑπ' ἀμφοτέρων δίκην εἰληφέναι τὴν πρέπουσαν, τῆς μὲν εἰς τὸ ζῆν, τοῦ δὲ εἰς τὸ λυπεῖσθαι.

Prologum egit Tirynthem reversus Bellerophon. cujus prologi initium extat apud Aristophanem ejusque scholiasten Ran. 1152. (1250.) et seqq.,

1.

Οὐκ ἔστιν ὅστις πανταχοῦ εὐδαιμονεῖ·
ἢ γὰρ πεφυκὼς ἐσθλὸς οὐκ ἔχει βίον,
ἢ δυσγενὴς ὢν πλουσίαν ἀροῖ πλάκα.

Alia ex prologo cum ejusdem argumenti, tum praedicantis Bellerophontis fortunam secundam, qua tot pericula effugerit, et Proeti fraudem, qua hospitem ab se expiatum fefellerit, vituperantis.

2.

Stob. 66. p. 420.

Πολλοὺς δὲ πλούτῳ καὶ γένει γαυρουμένους
γυνὴ κατῄσχυν' ἐν δόμοισι νηπία.

3.

Idem 29. p. 199.

Ἄνευ τύχης γὰρ, ὥσπερ ἡ παροιμία,
πόνος μονωθεὶς οὐκέτ' ἀλδύνει βροτούς.

ll. ἀλγύνει, γ et δ litteris confusis, ut Iliad. ω', 338., Aeschyl. Suppl. 508., Athen. 651, f, apud Melanippidem, ubi γὰρ ἀΐδων pro Δαναΐδων. Musgrav. et alii minus probabiliter ἀλδαίνει. v. Q. Calab. IX, 472.

Digitized by Google

4.

Photius. *Ξεναπάτας: ἰδίως* (?) *ἐπὶ τῶν* (*ἀνέμων*), *ὅταν μὴ τοιοῦτοι πνέωσιν ἄνεμοι* (hoc *ἀνέμων* fuisse puto et a superioribus aberrasse.) *ἐν τοῖς πελάγεσιν, ὁποῖοι ἐν τοῖς λιμέσιν. Ε. Σθενεβοίᾳ*

Τίς ἄνδρα τιμᾷ ξεναπάτην;

Probabiliter W. statim post adventum Bellerophontis et fugam Proeti nutricem Stheneboeae adiisse heroëm putat oratum ut parcat dominae, quae vehementer eum amaverit, idque magis etiam admonita, ne desiderio indulgeret. mortui quoque crediticonsueto more semper eam meminisse ait in conviviis, et amorem eam docuisse artes musicas, poësin et cantum, quibus eum sola, neque a Proeto observata, celebraverit.

5.

Schol. Comici Vesp. 111. *Παρὰ τὰ Εὐριπίδου ἐκ Σθενεβοίας „Τοιαῦτ' ἀλύει νουθετούμενος ἔρως.*" Matth.: „Sententiam explet Plut. De discern. adul. et amico, II, p. 71, a. *Οὐ γὰρ ἁπλῶς νουθετούμενος ἔρως μᾶλλον πιέζει κατ' Εὐριπίδην κ. τ. λ.*, et Galen. De dogm. Hippocr. et Plat. IV, 7. p. 282, 45. Basil., t. V. p. 411. ed. Kuhn. *νουθετ. δ' ἔρως μᾶλλον πιέζει.* hinc Gataker Adv. 524, C, D, hos versus composuit:

Τοιαῦτ' ἀλύει, νουθετούμενος δ' ἔρως
μᾶλλον πιέζει.

nam Grot. in Exc. p. 401. priorem tantum versum posuerat inserto *γ'* ante *ἔρως*, et vertit Tanto aestuat furore, si reprimas, amor."

6.

Athen. X. p. 427, e. *Τοῖς δὲ τετελευτηκόσι τῶν φίλων ἀπένεμον τὰ πίπτοντα τῆς τροφῆς ἀπὸ τῶν τραπεζῶν. διὸ καὶ Ε. περὶ τῆς Σθενεβοίας φησὶν, ἐπειδὴ νομίζει τὸν Βελλεροφόντην τεθνάναι,*

Πεσὸν δέ νιν λέληθεν οὐδὲν ἐκ χερὸς,
ἀλλ' εὐθὺς αὐδᾷ „Τῷ Κορινθίῳ ξένῳ!"

7.

Hesych. *Κορίνθιος ξένος: ἐπὶ τῶν τὰς λάταγας ῥιπτούντων* (in cottabo), *ἀπὸ τῆς παρ' Εὐριπίδῃ Σθενεβοίας τῷ Βελλεροφῶντι ἐπιχευούσης.* — Cratinus *παροιδῶν* Athen. XI., 782., p. 1038. ed. Dind.

Πιεῖν δὲ θάνατος οἶνον, ἂν ὕδωρ ἐπῇ.
ἀλλ' ἴσον ἴσῳ μάλιστ' ἀκράτου δύο χόας
πίνουσ' ἀπ' ἀγκύλης ἐπονομάζουσ' ἀεί

Digitized by Google

(ita Jacobs. ll. *ἐπονομάξουσα.*)
ἴησι λάταγας τῷ Κορινθίῳ πέει.
ex quibus restituas Euripidea
Πίνουσ' ἀπ' ἀγκ. ἐπονομάζουσ' ἀεὶ
ἴ. λ. τῷ Κ. ξένῳ.
v. W. p. 780.

8.

Plut. Sympos., t. II. p. 622, c.
— *Μουσικὴν δ' ἄρα*
Ἔρως διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν.
Euripidis haec esse indicat ibidem p. 405, f, et 762, b, quibus in locis *Ποιητὴν* legitur pro *Μουσικὴν*, unde Bentl. Epist. ad Mill. p. 469. et sequ., eleganter *Μουσικόν*. id recepit Dind. e Stheneboea petita esse indicat schol. Aristoph. Vesp. 1069. (1039.)

Ex oratione, ut videtur, Bellerophontis ad Stheneboeam, qua oratione, amorem simulans, describit ei maris ac littorum pericula, quae vitet Pegaso secum conscenso.

9.

Schol. Venet. Aristoph. Pac. 123. *Ὁ λόγος ἐκ Σθενεβοίας Εὐριπίδου· τινὲς δὲ οἴονται ἐκ Βελλεροφόντου παρῳδῆσαι. ἔστι δὲ ἐν τῇ Σθενεβοίᾳ παρὰ Τραγικῷ οὕτως. „Πέλας δὲ ταύτης* (scil. *τῆς θαλάσσης*) *δεινὸς ἵδρυται κράτ' ἔνθηρος ἣ λήστης φρουρεῖται κλύδωνι δεινῷ βροτοστόνῳ βρέμει πτηνὸς πυρεύγει* (cod. Venet. 475. *πορεύει.*)" Locus corruptissimus. haec in mentem veniebant:

Πέλας δὲ ταύτης δεινὸν ἵδρυται κράτος
ἔνθηρον, ἣ ληισταῖσι φρουρεῖται ῥία
κλύδωνι δεινῷ, καὶ βροτοκτόνον βρέμει
πτηνὸν πυραυγές.
in quibus *ῥία* (promontoria vel sinus maris, piratarum latibula) videtur haustum a vicino — *δεῖται*, *βροτοκτόνον* autem *πτηνὸν πυραυγὲς*, homicida ales flammeus, vocatur fulmen.

Piscatorum verba, Stheneboeae corpus apportantium.

10.

Athen. X, p. 421. et sequ. *Ἐν Σθενεβοίᾳ δ' ὁ Ε. περὶ εὐτελείας λέγων*
(Ἡμῖν) βίος δ' ἐν πορφύραις θαλασσίοις
οὐκ εὐτράπεζος, ἀλλ' ἐπάκτιοι φάτναι,
ὑγρὰ δὲ μήτηρ, οὐ πεδοστιβὴς τροφὸς,
θάλασσα. τήνδ' ἀροῦμεν, ἐκ ταύτης βίος
βρόχοισι καὶ πέδαισιν οἶκαδ' ἔρχεται.
V. 1. ll. inepte *βίος δὲ πορφυροῦς θαλάσσιος*, nisi quis audiat Matthiaeum, haec ita explicantem: „*βίος θαλάσσιος* vocari vide-

Digitized by Google

tur πορφυροῦς, quia ipsum mare est πορφύρεον." si divinavimus, piscatores illi fuerunt πορφυρεῖς, purpurarii, qualis est Corobius ille apud Herodotum IV, 151. et 152.

Proetus, Stheneboeae cadaver auferri jubens,

11.

Stob. 83. p. 483.

Κομίζετ' εἴσω τήνδε! πιστεύειν δὲ χρὴ
γυναικὶ μηδὲν, ὅστις εὖ φρονεῖ βροτῶν.

Chori Tirynthiarum, fortasse Stheneboeae famularum, verba nulla ad nos pervenerunt.

W., allatis Aeschyli Aristophanei verbis ad Euripidem Ran. 989. (1061.)

Ὅτι γενναίας κ. γενναίων ἀνδρῶν ἀλόχους ἀνέπεισας
κώνεια πιεῖν, αἰσχυνθεῖσας διὰ τοὺς σοὺς Βελλεροφόντας,

ita pergit p. 783.: „Fälle müssen bekannt gewesen sein, wenigstens einer, dass eine athenische Ehefrau sich aus Rührung durch die unglückliche Stheneböa das Leben genommen hatte, und es begreift sich dieser tiefe Eindruck, wenn man sieht, wie Sth. nur aus höchster Liebe (?) feindlich gehandelt, in ihrem Herzen die Neigung bewahrt, dann ihr Leben augenblicklich entschlossen gewagt hat, und darauf, nicht von dem beleidigten Gatten im Zorn, sondern von dem Geliebten selbst mit kalter Ueberlegung geopfert wird. Eine bloss sinnliche und dabei frevlerische Aërope rührt nicht, wenn sie im Meer ersäuft wird, Sth. aber war aller Wahrscheinlichkeit nach zu anziehend und liebenswürdig geschildert, um nicht durch ihr Unglück mehr zu rühren als gegen die ihrer ganz Meisterin gewordne und nicht bloss sinnliche Neigung einzunehmen." —

Zirndorfer libro de Chronol. fab. Eurip., p. 121.: „Stheneboea et Theseus cum in Vespis irrideantur ante Olymp. 89, 2. sive ante annum 422. (423.) actae sunt." Significat hanc tragoediam Comicus etiam Pace 126. seqq., Thesm. 375., Ran. 982., 1152., nostrae ed., nec dubium quin fuerit ex celebratissimis.

De quodam artis opere, quo catastrophe ejus expressa est, W. p. 782., nota: „Den Sturz der Stheneböa ins Meer können wir an einer Vase nachweisen, die in Grossgriechenland gefunden wurde und dem Marchese Rinuccini gehört. S. Inghirami Vasi fittili I, 3. tav. 1—3. Bellerophon erscheint auf dem Pegasos, von welchem Sth. schon herabgestürzt kopfunter nach dem Meere sinkt; Bell. hält sentimental die Hand vor die Augen. Ueber der Sth. ein Raubvogel" etc.

XLV. ΣΙΣΥΦΟΣ.

Valck. Diatr. p. 208. et 9.: „Ex Critiae (tyranni) Sisypho duo nobis et quadraginta versus Sextus Empiricus (adv. Math. IX, 54,

Digitized by Google

p. 562.) servavit, quorum duo primi*) tanquam Euripidis prostant apud illum, qui sub nomine Plutarchi de Placitis scripsit Philoso-

---

*) Fallitur vir egregius, siquidem haud obscure Pseudoplutarchus totum illum Critiae locum significat. sic enim ille De plac. philos. p. 880, e, f. — *Καὶ Ε. ὁ τραγῳδιοποιὸς ἀποκαλύψασθαι μὲν οὐκ ἠθέλησε, δεδοικὼς τὸν Ἄρειον πάγον, ἐνέφηνε δὲ τοῦτον τὸν τρόπον. τὸν γὰρ Σίσυφον εἰσήγαγε προστάτην ταύτης τῆς δόξης, κ. συνηγόρευσεν αὐτοῦ ταύτῃ τῇ γνώμῃ*

Ἦν χρόνος, ὅτ' ἦν ἄτακτος ἀνθρώπων βίος,
καὶ θηριώδης, ἰσχύος δ' ὑπηρέτης.

ἔπειτά φησι τὴν ἀνομίαν λυθῆναι νόμων εἰσαγωγῇ. ἐπεὶ γὰρ ὁ νόμος τὰ (μὲν Matth.) *φανερὰ τῶν ἀδικημάτων εἶργειν ἐδύνατο, κρύφα τε (δὲ* Matth.) *ἠδίκουν πολλοί, τότε τις σοφὸς ἀνὴρ ἐπέστησεν, ὡς δεῖ [δεῖ] ψευδεῖ λόγῳ τυφλῶσαι τὴν ἀλήθειαν, κ. πεῖσαι τοὺς ἀνθρώπους,*

ὡς ἔστι δαίμων ἀφθίτῳ θάλλων βίῳ,
νόῳ τ' ἀκούων κ. τ. λ.

de quo ne quis dubitet, adscribenda esse video verba Sexti Empir. et tyranni Atheniensis paulo quam ante emendatiora. — *Καὶ Κριτίας δὲ, εἷς τῶν ἐν Ἀθήναις τυραννησάντων, δοκεῖ ἓκ τοῦ τάγματος τῶν ἀθέων ὑπάρχειν, φάμενος, ὅτι οἱ παλαιοὶ νομοθέται ἐπίσκοπόν τινα τῶν ἀνθρωπίνων κατορθωμάτων κ. ἁμαρτημάτων ἔπλασαν τὸν θεὸν ὑπὲρ τοῦ μηδένα λάθρα τὸν πλησίον ἀδικεῖν, εὐλαβούμενον τὴν ὑπὸ τῶν θεῶν τιμωρίαν. ἔχει δὲ παῤ αὐτῷ τὸ ῥητὸν οὕτως.*

Ἦν χρόνος, ὅτ ἦν —
— — ὑπηρέτης,
ὅτ' οὐδὲν ἄθλιον οὔτε τοῖς ἐσθλοῖσιν ἦν,
οὔτ' αὖ κόλασμα τοῖς κακοῖς ἐγίγνετο.
κἄπειτά μοι δοκοῦσιν ἄνθρωποι νόμους
θέσθαι κολαστὰς, ἵνα δίκη τύραννος ᾖ
(γένους βροτείου Grot.), *τὴν δ' ὕβριν δούλην ἔχῃ,*
ἐξημιοῦτο δ', εἴ τις ἐξαμαρτάνοι.
ἔπειτ', ἐπειδὴ τἀμφανῆ μὲν οἱ νόμοι
ἀπῆγον αὐτοὺς ἔργα μὴ πράσσειν βίᾳ,
λάθρα δ' ἔπρασσον, τηνικαῦτά μοι δοκεῖ
πυκνός τις (ἄκρως) κ. σοφὸς γνώμην ἀνὴρ
ἀγῶνα τοῖς θνητοῖσιν ἐξευρεῖν, ὅπως
(ll. γνᾶναι θνητ. — ἀγῶνα, molestiam.)
εἴη τι δεῖμα τοῖς κακοῖσι, κἂν λάθρα
πράσσωσιν, ἢ λέγωσιν, ἢ φρονῶσί τι.
ἐντεῦθεν οὖν τὸ θεῖον εἰσηγήσατο,
ὡς ἔστι δαίμων ἀφθίτῳ θάλλων βίῳ,
νόῳ τ' ἀκούων κ. βλέπων φρονητιστικῷ,
(vulgo — βλ. φρονῶν τε καὶ.)
προσέχων τε τούτῳ κατὰ φύσιν θείαν φρενῶν,
(ll. πρ. τε ταῦτα καὶ φ. θ. φορῶν)
πᾶν μὲν τὸ λεχθὲν ἐν βροτοῖς ἀκούσεται,
εἰς δρώμενον δὲ πᾶν ἰδεῖν δυνήσεται,
(ll. ὃς δρ. vulgo ἐς sive εἰς δρ.)
ἐὰν δὲ σὺν σιγῇ τι βουλεύῃς κακὸν,
τοῦτ' οὐχὶ λήσει τοὺς θεούς· τὸ γὰρ φρονοῦν ἔνεστι (τῇδε). τούσδε τοὺς λόγους λέγων
διδαγμάτων ἥδιστον εἰσηγήσατο,
ψευδεῖ καλύψας τὴν ἀλήθειαν λόγῳ.
ναίειν δ' ἔφασκε τοὺς θεοὺς ἐνταῦθ', ἵνα
μάλιστ' ἂν ἐξέπληξεν ἀνθρώπους, ἀγών,
ὅθεν περ ἔγνω τοὺς φόβους εἶναι βροτοῖς
κ. τὰς ὀνήσεις τῷ ταλαιπώρῳ βίῳ,

Digitized by Google

phorum. Hujus auctoritate totum fragmentum retulit ad Euripidis Sisyphum Grotius. — mihi versus isti non videntur Euripidis, quem tamen edidisse drama novi satyricum sub nomine Sisyphi, quod partem fecit tetralogiae in scenam commissae Ol. XCI, 1. (ante Chr. nat. 416.), testis est Aelianus V. H. II, c. 8., istoc anno superatum a Xenocle, cum docuisset Alexandrum, Palamedem, Troadas et Sisyphum satyricum." cf. Critiae fragmenta a Bachio edita. Idem Valck. illa *Ἕλλην γὰρ — φλόγα* (v. Aeoli fr. 1., p. 12.) ex hoc dramate excerpta esse sibi persuadebat, quae tragicum colorem habent.

De oeconomia hujus fabulae nihil constat.

Suidas (cf. Etymol. M. p. 808, 4.), *Χαίρω δοτικῇ: τὸ εὐφραίνομαι. καὶ „χαίρω σε ἐληλυθότα."* *Ὧρώπιοι* (in Boeotia. v. Thuc. II, 23. etc. vulgo *Ὠρωπικοί.*) *οὕτω λέγουσιν. Ε. Σισύφῳ*

1.

Χαίρω σέ γ', ὦ βέλτιστον Ἀλκμήνης τέκος,
(ἐλθόντα), τόν τε μιαρὸν ἐξολωλότα.

Dubites, quae partes Herculi esse potuerint in hoc dramate, nisi fuerit *Σίσυφος πετροκυλιστὴς* apud Inferos, quo pacto Herculem praetereuntem, victo Menoetio Plutonis bubulco (Apollod. II, 5, 12.), his verbis non inepte salutasset Sisyphus. *ἐλθόντα* Heath. et Valck. Diatr. l. c.

2.

Hesych. *Ἑλίσσων: πλέκων, ψευδόμενος, οὐκ ἐπὶ εὐθείας λέγων ἢ κινῶν* (malim *κρίνων*). *Ε. Σισύφῳ.*

De tempore, quo actum est hoc drama, v. ann. ad Palamedem.

XLVI. *ΣΚΕΙΡΩΝ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.*

Σκειρων, qui etiam *Σκίρων* dicitur, sed minore codicum auctoritate, latro fuit in scopulis Isthmi Corinthii. Hyginus fab. 38.: „Scirpnem (scil. „Theseus occidit"), qui ad mare loco quodam

---

ἐκ τῆς ὕπερθε περιφορᾶς, ἵν' ἀστραπῆς
κατεῖδ' ἐναύσεις, δεινὰ δὲ κτυπήματα
βροντῆς, τό τ' ἀστεροπὸν οὐρανοῦ δέμας,
χρόνου καλὸν ποίκιλμα, τέκτονος σοφοῦ,
ὅθεν τε λαμπρὸς ἀστέρος στείχει μύδρος,
ὅ θ' ὑγρὸς εἰς γῆν ὄμβρος ἐκπορεύεται.
τοιούσδε περιέστησεν ἀνθρώποις φόβους,
δι' οὓς καλῶς τε τῷ λόγῳ κατῴκισε
τὸν δαίμον' (ἡμῖν) κἀν πρέποι τι χωρίῳ,
τὴν ἀνομίαν τε τοῖς νόμοις κατέσβεσε.
καὶ ὀλίγα δὲ προσδιελθὼν ἐπιφέρει
οὕτω δὲ πρῶτον οἶμαι πεῖσαί τινα
θνητοὺς νομίζειν δαιμόνων εἶναι γένος.

Digitized by Google

praerupto sedebat, et, qui iter gradiebatur, cogebat eum sibi pedes lavare, et ita in mare praecipitabat. hunc Theseus pari leto in mare dejecit, ex quo Scironis petrae sunt dictae." His Paus. I, 44., Plut. vita Thesei c. 10., Diod. Sic. IV, 59. et schol. Hippol. 933. (979.) addunt, loco illo maris fuisse testudinem, quae praecipitatos devoraret. hospitio enim exceptos advenas post occidebat Sciron. De saxis Scironiis Solinus c. 13., annotante Hartungo: „Cui urbi (Megaris) saxa Scironia propinqua sunt, porrecta 6 millibus passuum, ob honorem ultoris Thesei et memoriam nobilis pugnae sic nominata. ex istis rupibus Ino se cum Palaemone filio in profunda praecipitem jaculata auxit maris numina." cf. annot. ad Eurip. Heraclid. 833. Ovidius Met. VII, 443.

Tutus ad Alcathoën, Lelegeïa moenia (i. e. Megara), limes
composito Scirone patet, sparsique latronis
terra negat sedem, sedem negat ossibus unda,
quae jactata diu fertur durasse vetustas
in scopulos. scopulis nomen Scironis inhaeret.

Statura gigantea fuisse videtur Sciròn, qui brevem Thesei accumbentis pedibus vix super lectulum porrectis deriserit.

1.

Pollux X, 35. *Τῶν ἀδοξοτέρων ἡ χαμεύνη κ. χαμεύνιον. ἐν γοῦν τῷ σατυρικῷ Σκίρωνι Ε. φησὶ*

Σχεδὸν χαμεύνῃ σύμμετρος Κορινθίας
παιδὸς, κναφάλλου δ' οὐχ ὑπερτείνεις πόδα.

χαμεύνῃ pro *χαμεύνῃ* Meinek. Marginal. nov. VIII. (Ztschr. f. d. A. a. 1843, 4.), qui nescio quo errore haec de Hercule dicta putat. *σύμμετρος* scil. *εἰ.* viri generatim proceriores sunt mulieribus, itaque etiam eorum lecti longiores. meretricum Corinthiarum grabatulos novit latro, qui appotus, ut videtur, garriat de pretiis, quibus illae veniant.

2.

Idem IX, 75. — *Τάχα δ' ἂν εἴη κόρη, ὡς Ε. ὀνόμασε παρθένον ἐν Σκίρωνι, λέγων περὶ τῶν ἐν Κορίνθῳ ἑταιρουσῶν*

Καὶ τὰς μὲν ἄξει, πῶλον ἢν διδῷς ἕνα,
τὰς δ', ἢν ξυνωρίδ', αἱ δὲ κἀπὶ τεσσάρων
φοιτῶσιν ἵππων ἀργυρῶν· φιλοῦσι δὲ
τὰς ἐξ Ἀθηνῶν παρθένους, ὅταν φέρῃς
πολλάς.

τὰς μὲν οὖν παρθένους λέγοι ἂν τὰς κόρας, αἷς ἐνεκεχάραχτο Ἀθηνᾶς πρόσωπον (§. 74. *κόρη νόμισμα παρ' Ἀθηναίοις ἦν*)· *ὅθεν τὸ νόμισμα τοῦτο Εὐβοῦλος ἐν Ἀγχίσῃ καλεῖ Παλλάδας· πῶλον δὲ* (et *ἵππον*) *τὸ νόμισμα τὸ Κορίνθιον, ὅτι Πήγασον εἶχεν ἐντετυπωμένον.* Versiculo 2. codd. soloece *τὰς δὲ ξυν.*

Digitized by Google

Ex descriptione convivii apud Scironem.

3.

Athen. III, p. 76, c. *Μνημονεύει δὲ τῶν ἐριναῶν σύκων Ε. ἐν Σκίρωνι*

— Ἢ προσπηγνύναι
πράδαις ἐριναῖς.

coronas, ni fallor, vel Theseo et convivis distribui, vel ex ramis caprificorum, apud quos epulae instructae erant, suspendi jubet Sc., quemadmodum exornari solebant coenacula. v. Nitschii et G. G. S. Köpkei librum german. de Graecorum rebus antiquis, vol. I. p. 592.

4.

Idem IX, p. 368, d. *Καὶ Ε. ἐν Σκείρωνι*

— Οὐδὲ κωλῆνες νεβρῶν.

ita Casaub. et Schweigh. ll. *νεκρῶν.* inepte Barnes. dicta putabat membra, quae Sc. hospitibus detruncasset, cogitans, puto, de Procruste. hoc videtur dixisse homo sceleratus O. *κ. νεβρῶν ἄπεισι,* „nec hinnuleorum pernae desunt."

Thesei vel comitum ejus, ex quibus chorus constiterit, vox in catastrophe,

5.

Stob. 44. p. 307.

Κακοὺς κολάζειν ἐστί τοι καλὸν καλῶν,

Malos ulcisci gloriarum gloria est.

ll. languide et nullis numeris *Ἐστί τοι καλὸν τοὺς κακοὺς κολάζειν. καλὸν καλῶν,* pulcrum pulcrorum, i. e. *κάλλιστον.* fraudi fuit simile simili. Pherecrates Athen. 269, b,

Τὰ δὲ μῆλ' ἐκρέματο τὰ καλὰ τῶν καλῶν ἰδεῖν
ὑπὲρ κεφαλῆς.

similia *κακὰ κακῶν, ἀγαθὰ ἀγαθῶν* etc. v. annot. ad Soph. Trach. 308. nostrae ed., Zeun. ad Viger. p. 69. 3. ed. Herm.

XLVII. *ΣΚΥΡΙΑΙ.*

Hoc titulo et Sophocles et Euripides composuerunt fabulam de Achille, muliebri habitu Scyri delitescente inter Lycomedis regis filias, ab Ulysse autem ceterisque legatis Graecorum per dolum agnito et Trojam abducto. Hyginus fab. 96.: „Thetis Nereïs cum sciret, Achillem filium suum, quem ex Peleo habebat, si ad Trojam expugnandam isset, periturum, commendavit eum in insulam Scyron ad Lycomedem regem, quem ille inter virgines filias habitu femineo servabat nomine mutato: nam virgines Pyrrham nominarunt, quoniam flavis capillis fuit et graece rufum pyrrhon dicitur. Achivi autem cum rescissent, ibi eum occultari, ad regem Lycomedem ora-

Digitized by Google

tores miserunt, qui rogarent, ut eum adjutorium Danais mitteret. rex cum negaret apud se esse, potestatem eis fecit, ut in regia quaererent. qui cum intelligere non possent, quis esset earum, Ulysses in regio vestibulo munera feminea posuit, in quibus clipeum et hastam, et subito tubicinem [jussit] canere, armorumque crepitum et clamorem fieri jussit. Achilles, hostem arbitrans adesse, vestem muliebrem dilaniavit, atque clipeum et hastam arripuit. ex hoc est cognitus, suasque oper[illegible] (malim „suamque operam.") promisit et milites Myrmidones." oratores seu legati fuerunt secundum schol. ad Iliad. τ', 332. Ulysses, Phoenix et Nestor. Ajacem addit Ovidius Met. XIII, 164., Diomedem Statius Achilleïde, II, 152. sequ. Oeconomia dramatis ex paucis, quae extant, fragmentis, clare intelligi non potest, nec Statium, qui sibi valde placuit, hanc fabulam expressisse potius quam ingenio luxurianti suo ludum dedisse affirmaverim.

Deïdamiae nutrix, ut videtur, cum Lycomede colloquens de filia languente ob instantem partum, quae res ambos latuit.

1.

Sextus Empir. adv. Mathem. I. §. 308. — *Ἢ τὸ παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ ἐπὶ τῇ Λυκομήδους θυγατρὶ Δηϊδαμείᾳ λεγόμενον*

(*Τροφός.*) *Ἡ παῖς νοσεῖ σοῦ κἀπικινδύνως ἔχει.*
(*Λυκ.*) *Πρὸς τοῦ; τίς αὐτὴν πημονὴ δαμάζεται;*
μῶν κρυμὸς αὐτῆς πλευρὰ γυμνάζει χολῇ,

πυνθάνεται γὰρ, μή τι πλευριτικὴ γέγονε διὰ τὸ τοὺς πλευριτικοὺς βήσσοντας ὑπόχολον ἀνάγειν. ll. *χολῆς*, quod emendavit Valck. Diatr. p. 33. idem p. 34.: „Quaesitum putat Sextus, *μήτι πλευριτικὴ γέγονεν*, et paucis tradidisse poëtam, quid accidat ex frigore laborantibus lateris dolore, quem acuta febris comitatur et tussis, per quam excreatur pituita biliosa, *διὰ — ἀνάγειν.* pleuritide laborans *ἀναβήσσει ὑπόχολα* Hippocrati p. 493, 30. in peripneumonia *ἀποχρέμπτεται — ὑπόχολον* p. 518, 5." Haec et fortasse similia quaedam aliis in locis hujus fabulae significaverit Ovidius Trist. II., 409., dicens

Est et in obscenos deflexa tragoedia risus,
multaque praeteriti verba pudoris habet,
nec nocet auctori, mollem qui fecit Achillem,
infregisse suis fortia facta modis.

Lycomedes, cognito morbo filiae domum suam ignominia affectam deplorans,

2.

Stob. 103. p. 561.

Φεῦ, τῶν βροτείων ὡς ἀνώμαλοι τύχαι!
οἱ μὲν γὰρ εὖ πράσσουσι, τοῖς δὲ συμφοραὶ

Digitized by Google

σκληραὶ πάρεισιν εὐσεβοῦσιν εἰς θεοὺς,
καὶ πάντ' ἀκριβῶς κἀπὶ φροντίδων βίον
σὺν τῷ δικαίῳ ζῶσιν αἰσχύνης ἄτερ.

Tres primi horum versuum leguntur etiam in Anthologia Palat. t. II. p. 311., item apud Lydum De mens. p. 60. et 108., qui priore loco haec praeponit.

Θεοῦ γὰρ οὐδεὶς ἐκτὸς (inconcinne ll, *ἐκτὸς οὐδ.*) *εὐτυχεῖ βροτῶν* (al. *βροτός*). quae ibi quidem ante *φεῦ* intolerabilia esse intellexit Matth., ferenda tamen essent in fine sententiae. idem et Anthol. v. 3. *εὐσεβοῦσι πρὸς θ.* v. 5. Grot. *σὺν* pro *οὐ τ. δ.*

Nutrix vel amicus aliquis, domesticum dedecus celare jubens Lycomedem

3.

Σοφοὶ δὲ συγκρύπτουσιν οἰκείας βλάβας.

4.

Hesych. *Ζεύγλας*: *ζυγοὶ, ἢ μέρη τοῦ ζυγοῦ. καὶ ξυκτῆρες ἱμαντόδεσμοι. καὶ τροπωτῆρες μεταφορικῶς. Ε. Σκυρίαις.*

XLVIII. *ΣΥΛΕΥΣ.*

Hercules furens cum Iphitum, Euryti, Oechaliae regis, filium, interfecisset et vix resipiscens denuo gravi morbo correptus esset, oraculum Delphicum consuluit. cui tandem respondit deus, non rediturum eum ad sanitatem, nisi serviisset per triennium. Ita venditus Omphalae, Lydorum reginae, et Cercopes vicit, et Syleum ejusque filiam occidit. sed praestat haec enarrari verbis Apollodori II, 6, 2. — 4. *Κατασχεθεὶς* (*Ἡρακλῆς*) *δεινῇ νόσῳ διὰ τὸν Ἴφιτου φόνον εἰς Δελφοὺς παραγενόμενος ἀπαλλαγὴν ἐπυνθάνετο τῆς νόσου.* (Heyn.: *νόσος* est *μανία.*" recte quidem; sed furebat heros jam antea: quare ponendum arbitror *Κατασχ. δ' αὖ τῇ νόσῳ.*) *μὴ χρηθμῳδούσης δὲ αὐτῷ τῆς Πυθίας τὸν τε ναὸν συλᾶν ἦλθε, κ. τὸν τρίποδα βαστάσας κατασκευάζει μαντεῖον ἴδιον. μαχομένου δὲ αὐτῷ Ἀπόλλωνος ὁ Ζεὺς ἴησι μέσον αὐτῶν κεραυνὸν, κ. τοῦτον διαλυθέντων τὸν τρόπον λαμβάνει χρησμὸν Ἡρ., ὃς ἔλεγεν ἀπαλλαγὴν αὐτῷ τῆς νόσου ἔσεσθαι πραθέντι καὶ τρία ἔτη λατρεύσαντι, κ. δόντι ποινὴν τοῦ φόνου* [*τὴν τιμὴν*] *Εὐρύτῳ. Τοῦ δὲ χρησμοῦ δοθέντος Ἑρμῆς Ἡρακλέα πιπράσκει, κ. αὐτὸν ὠνεῖται Ὀμφάλη Ἰαρδάνου, βασιλεύουσα Λυδῶν, ἣ τὴν ἡγεμονίαν τελευτῶν ὁ γήμας Τμῶλος κατέλιπε. τὴν μὲν οὖν τιμὴν κομισθεῖσαν Εὔρυτος οὐ προσεδέξατο. Ἡρ. δὲ Ὀμφάλῃ δουλεύων τοὺς μὲν παρὰ τὴν Ἔφεσον Κέρκωπας συλλαβὼν ἔδησε. Συλέα δὲ ἐν Λυδίᾳ, τοὺς παριόντας ξένους σκάπτειν ἀναγκάζοντα, σὺν ταῖς ῥίζαις τὰς ἀμπέλους σκάψας* (probabiliter Heyn. *κόψας*) *μετὰ τῆς*

Digitized by Google

θυγατρὸς Ξενοδίκης ἀπέκτεινε. — Μετὰ δὲ τὴν λατρείαν ἀπαλλαγεὶς τῆς νόσου ἐπὶ Ἴλιον ἔπλει etc. Scripsi ἐν Λυδίᾳ pro ἐν Αὐλίδι Sevino, Piersono Verisim. p. 232., Matthiaeo et Westermanno auctoribus: sunt enim haec facta Herculis, dum Omphalae et post Syleo serviebat, quibus nihil rei cum Aulide. Vere Matth.: „Quantillum distant ΕΝΑΤΑΙΑΙ et ΕΝΑΥΑΙΑΙ? et Tzetzes Chil. II, 432.: Συλέα τὸν Λύδιον.“ qui tradunt, Syleum habitasse in vicinia Pelii montis, Proclus p. 221, 33. et Photius 186, 17., falsi videntur vitiosa Apollodori codicum scriptura. iterum autem se vendi Syleo et ad opus faciendum adigi passus est Hercules, quo ludibrio haberet atque occideret latronem.

Drama hoc satyricum fuisse sentio cum Valckenario Diatr. p. 204. et 209., Elmslejo ad Heracl. 418., Matthiaeo, Hartungo. Prologum egit Mercurius, qui Herculem ab Omphale abductum iterum venditurus est Syleo et, ubi ad domum ejus accesserunt, admonet Herculem, ut quamvis leonina indutus et clavam manu tenens, tamen spiritus sumere abstineat et pro servo se gerat, ne terreat homines et imperare domino videatur.

Ex prologo.

1.

Philo p. 880, c, ed. Hoesch. — Πάλιν τὸν αὐτὸν σπουδαῖον οὐχ ὁρᾷς ὅτι οὐδὲ πωλούμενος θεράπων εἶναι δοκεῖ, καταπλήττων τοὺς ὁρῶντας, ὡς οὐ μόνον ἐλεύθερος ὤν, ἀλλὰ καὶ δεσπότης ἑπόμενος τοῦ πριαμένου; ὁ γοῦν Ἑρμῆς πυνθανομένοις ἡμῖν (supple καὶ λέγουσιν), ὡς φαῦλός ἐστιν, ἀποκρίνεται

Ἥκιστα, φαῦλος ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον
πρόσχημα σεμνὸς κοὐ ταπεινὸς, οὐδ' ἄγαν
εὔογκος, ὡς ἂν δοῦλος, ἀλλὰ καὶ στολὴν
ἰδόντι λαμπρὸς, καὶ ξύλῳ δραστήριος.

σπουδαῖον, excellentem, conspicuum, quamvis servum. οὐδ' ἄγαν εὔογκος, nec valde habilis corpore, ut fere sunt servi, sed bene nutritus et tantum non ventriosus, quippe edacissimus. v. Alcest. 721. et seqq. nostrae ed.

E colloquio Mercurii cum Hercule, priusquam Sylei domum intrant.

2.

Philo ibidem.

(Μ.) Οὐδεὶς δ' ἐς οἴκους δεσπότας ἀμείνονας
αὑτοῦ πρίασθαι βούλεται. σὲ δ' εἰσορῶν
πᾶς τις δέδοικεν· ὄμμα γὰρ πυρὸς γέμεις,
ταῦρος λέοντος ὡς βλέπων πρὸς ἐμβολήν.

εἶτ' ἐπιλέγει.

τό γ' ἦθος αὐτὸ τοῦτό σου κατηγορεῖ

Digitized by Google

σιγῶντος, ὡς εἷης ἂν οὐχ ὑπήκοος,
τάσσειν δὲ μᾶλλον ἢ 'πιτάσσεσθαι θέλοις.

ll. manci: *τὸ ἦθος αὐτοῦ .... οὗ κατηγ.* feliciter supplevit Matth.

3.

(*H.*) *Ἐγὼ δ' ἐμαυτοῦ καὶ κλύειν ἐπίσταμαι,*
ἄρχειν θ' ὁμοίως, τἀρετῇ σταθμώμενος
τὰ πάντα.

Afferunt haec e Syleo, item apud Philonem, ut videtur (nam locum neque ipsi, nec recentiores indicarunt), Grot. Excerpt. p. 407. et Barnesius. *ἐμαυτοῦ*, quod ad me attinet. Soph. Oed. C. 1293. (1383.) *Σὺ δ' ἔῤῥ' ἀπόπτυστός τε κἀπάτωρ ἐμοῦ* etc.

4.

(*H.*) *Τοῖς μὲν δικαίοις ἔνδικος, τοῖς δ' αὖ κακοῖς*
πάντων μέγιστος πολέμιος κατὰ χθόνα.

verissime his verbis se ipse describit Hercules.

Hercules fortiter Syleo respondens, modeste illum loqui, tanquam servum, jubenti.

5.

Philo p. 98. ed. Hoesch. p. 537, d, e, 869, a, 880, b, Euseb. Praep. evang. VI, p. 242., Artemid. IV, 59.

Πρὸς ταῦτ' ἴτω μὲν πῦρ, ἴτω δὲ φάσγανα·
πίμπρη, κάταιθε σάρκας, ἐμπλήσθητί μου
πίνων κελαινὸν αἷμα! πρόσθε γὰρ κάτω
γῆς εἶσιν ἄστρα, γῆ δ' ἄνεισ' ἐς αἰθέρα,
πρὶν ἐξ ἐμοῦ σοι θῶπ' ἀπαντῆσαι λόγον.

Hercules ad Syleum.

6.

Philo p. 880, e, — *Ἐπεὶ δὲ καὶ πριαμένου Συλέως εἰς ἀγρὸν ἐπέμφθη, διέδειξεν ἔργοις τὸ τῆς φύσεως ἀδούλωτον. τὸν μὲν γὰρ ἄριστον τῶν ἐκεῖ ταύρων καταθύσας Διὶ πρόφασιν εὐωχεῖτο, πολὺν δ' οἶνον ἐμφορήσας ἄθρουν εὖ μάλα κατακλιθεὶς ἠκρατίζετο. Συλεῖ δὲ ἀφικομένῳ κ. δυσανασχετοῦντι ἐπί τε βλάβῃ, καὶ τῇ τοῦ θεράποντος ῥᾳθυμίᾳ κ.* [*ἐπὶ*] *τῇ περιττῇ καταφρονήσει, μηδὲν μήτε τῆς χρόας, μήτε ὧν ἔπραττε, μεταβαλὼν* (codd. frequenti errore *καταβαλών*. v. Schaefer. Melet. crit. p. 58., 134. sequ., Jacobs. ad Ach. Tat. XIV, 7.) *εὐτολμότατά φησι*

Κλίθητι καὶ πίωμεν· ἐν τούτῳ δέ μου
τὴν πεῖραν εὐθὺ λάμβαν' εἰ κρείττων ἔσει.

Itaque, Syleo serviles epulas contemnente, ad pugnam venerunt.

Digitized by Google

Hercules clavam vibrans.

7.

Eustath. ad Il. α'. p. 107, 45. = 80. extrem., Etym. M. p. 294, 45., Apollon. *Περὶ ἀντων.* p. 353, c.

— Εἶα δή, φίλον· ξύλον,
ἔγειρέ μοι σεαυτὸ καὶ γίγνου θρασύ!

φίλον solus habet Eustathius, tum *ἔκτεινέ φίλον σ.* Etymol. *ἄγειρε*, ε in α mutato, ut saepius: v. Bachman. Lycophr. p. 608.

Trepidaverant satyri et eorum unus (coryphaeus, puto) etiam lacrimabat metu, ne ipsi pereundum esset cum Hercule. quem is, Syleo et opem ferente filia interfectis, confirmat et cubitum introit cum Choro.

8.

Lexic. Sangerman. apud Valck. Diatr. p. 204., Bekker. Anecd. p. 85, 10. *Βαυβᾶν: ἀντὶ τοῦ καθεύδειν. Ε. Συλεῖ*
Βαυβῶμεν εἰσελθόντες. ἀμόμορξαι σέθεν
τὰ δάκρυα.

XLIX. *TENNHΣ.*

Vit. Eurip. in codice Mediol. *Σώζεται δὲ* (scil. *δράματα Εὐριπίδου*) *σή. τούτων νοθεύεται τρία, Τέννης, Ῥαδάμανθυς, Πειρίθους.* tragoediam *Τέννην* tributam fuisse Euripidi, indicat a Boissonadeo editus grammaticus t. I. p. 11., qua de re Matth. evolvi jubet etiam Gaisfordi ann. ad Stob. tit. 2. n. 17. et Larcheri in Memorab. Acad. inscript. t. XLVIII, p. 291. dubitat tamen Valck. Diatr. p. 15., an hoc titulo fabulam hic noster docuerit, quoniam semel tantum ea commemoratur apud Stob. l. c., ubi, quod reponi Valck. jubet, *ἐν Τημένῳ* in codicibus B. et C. scriptum invenit Schow.

Tennes, Cycni filius, ab Achille, cum Tenedum insulam vastavit, interfectus est una cum patre. illius, ab Apolline dilecti, mortem morte Achillis ultus est deus, ut narrant Diodorus V, 83., Paus. X, 14, 2., Plut. Quaest. gr. 28., Steph. Byz. v. *Τένεδος*, Tzetz. ad Lycophr. 233., qui Tennis sororem Hemitheam simul cum illo occisam dicit, improbata fama de arcae inclusis et in mare projectis a Cycno. Aptior tamen dramati altera ista narratio. Conon Narrat. XXVIII., Mythogr. ed. Westermann. p. 136.: *Ἡ κή, ὡς Τέννης κ. Ἡμιθέα παῖδες ἦστην Κυκνῷ βασιλεῖ Τρωάδος* (Colonis. v. Thuc. I, 131. etc.), *καὶ Κυκνὸς, ἀποθανούσης αὐτῷ τῆς γυναικὸς, ἑτέραν* (Philonomen) *ἐπεισάγεται. ἡ δ' ἐπιμανεῖσα Τέννῃ, κ. μὴ τυγχάνουσα, καταψεύδεται τοῦ παιδὸς τὰ ἑαυτῆς, καὶ ὁ πατὴρ ἀκρίτως εἰς λάρνακα Τέννην κατακλείει, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἡμιθέαν περιαλγοῦσαν τἀδελφοῦ* (hinc Tennes et Hemithea in *φιλαδέλφοις* apud Anonymum p. 345. Mythogr.

Digitized by Google

Westerm.), καὶ ἀφίησι τῇ θαλάσσῃ. ἡ δ' εἰς νῆσον ἐκφέρεται, κ. οἱ ἐπιχώριοι τὴν λάρνακα ἀνακομίζονται, κ. τὸ κράτος τῆς γῆς ἐκείνης ἴσχουσι Τέννης κ. Ἡμιθέα, κ. ἡ νῆσος Τένεδος (quasi Τένου ἔδος: nam Τέννης quoque ille nominatur) ἀντὶ Λευκόφρυος ὠνομάσθη. ὁ δὲ Κυκνὸς μεταγνοὺς, κ. ὁρμισάμενος πρὸς τὴν νῆσον, ἐδεῖτο τοῦ παιδὸς ἀπὸ τῆς νεὼς ἀμνηστίαν ἔχειν. ὁ δὲ, ὡς μὴ ἐπιβαίη τῆς νήσου, πέλεκυν ἀράμενος τὰ πείσματα τῆς νεὼς διακόπτει, καὶ ἀπ' αὐτοῦ οἱ ἄνθρωποι ἐπὶ παντὸς ἀποτόμου πράγματος τὴν Τέννου πέλεκυν ἐπιλέγουσιν. cf. Hygini interpp. ad fab. 108. ibi van Stav.: „De heroe Tene (Tenediorum legumlatore), propter quem Achillis nomen in Tenedo non auditur (imo „audiebatur"), etiam Plut. Quaest. gr. t. II. p. 297." Suspicatur W. p. 500., aliquem composuisse hanc fabulam ad exemplar Hippolyti, Bellerophontis, Phoenicis.

Quod unicum ferunt hujus dramatis fragmentum apud Stob. 2. p. 30.,

Φεῦ,
Οὐδὲν δίκαιόν ἐστιν ἐν τῷ νῦν γένει,

etiam ipsum merito addubitatur propter Schowianorum codicum scripturam ἐν Τημένῳ. Paris. A. Τενῦ, fine nominis abscissa.

L. ΤΗΛΕΦΟΣ.

Hyginus fab. 101. „Telephus, Herculis et Auges (v. p. 86.) filius, ab Achille in pugna Chironis hasta percussus dicitur. (Pind. Ol. IX, 107. seqq., Isthm. V, 52., VIII, 107.) ex quo vulnere cum indies tetro cruciatu angeretur, (fortasse propterea, quod venenata fuit cuspis hastae celebris illius, quam Peleo in nuptiis Thetidis donaverat Centaurus, artis medicae peritus, quemadmodum sagittas venenatas ex Homero Odyss. α', 260. — 264., Virgilio Aen. IX, 771. et sequ., aliisque novimus.) petit sortem ab Apolline, quod esset remedium. responsum est, ei neminem mederi posse nisi eandem hastam, qua vulneratus erat. (praepostera. dictum oportuit „nisi eundem, a quo vuln. erat." alioqui locus non est Ulyssis interpretationi. Libanius in Ἀχιλλέως ἀντιλογίᾳ, t. IV. p. 50. — Κομίζεται Τήλεφος εἰς Δελφοὺς, τῷ θεῷ χρησόμενος ὑπὲρ τοῦ τραύματος, ὡς τῆς τῶν ἰατρῶν τέχνης οὐκ ἀρκούσης τῷ πάθει· ὁ δὲ ἀνεῖλε, παρὰ τῷ τρώσαντι καὶ τὴν ἴασιν ζητεῖν. ipsa verba oraculi feruntur haec ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται*). hoc Tel. ubi audivit, ad regem Agamemnonem venit, et monitu Clytaemnestrae Orestem infantem de cunabulis rapuit, minitans, se eum occisurum, nisi sibi Achivi mederentur. Achivis autem quod

*) Restituamus utcunque hexametrum Pythiae:
Τήλεφε, σ' ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται, ἢν ἐθελήσῃ.

Digitized by Google

responsum erat, sine Telephi ductu Trojam capi non posse, facile cum eo in gratiam redierunt, et ab Achille petierunt, ut eum sanaret. quibus Achilles respondit, se artem medicam non nosse. Junc Ulysses ait: „Non te dicit Apollo, sed auctorem vulneris hastam nominat.“*) quam cum rasissent, remediatus est. A quo cum peterent, ut secum ad Trojam expugnandam iret, non impetrarunt, quod is Laodicen Priami filiam uxorem haberet; sed ob beneficium, quod eum sanarunt, eos deduxit, locos autem (fort. „item.“) et itinera (scil. terrestria) demonstravit, inde in Mysiam est profectus.“ cf. schol. Comici ad Nub. 900. (919.) Achilles apud Libanium l. praedicto: *Ὡς γὰρ ἀνήχθημεν ἀπὸ τῆς Αὐλίδος, ἀγνοίᾳ τῶν τόπων προσπεσόντες τῇ Μυσῶν, τὴν ἀρχὴν κατεθέομεν Τηλέφου* (Mysorum regis), *τὴν Ἀλεξάνδρου νομίζοντες. αἰσθόμενος δὲ ὁ Τήλεφος εὐθὺς ἐν ὅπλοις ἦν κ. μετὰ τῆς δυνάμεως ἀπήντα. μάχης δὲ καρτερᾶς γενομένης, κ. τοῦ πράγματος προϊόντος, ὁ τῶν Μυσῶν ἡγούμενος ὑπ' ἐμοῦ τιτρώσκεται. καὶ οἱ μὲν* (Mysi) *ᾤχοντο φεύγοντες, ἡμεῖς δὲ, γνόντες τὴν πλάνην, ἀποπλεύσαντες αὖθις ἦμεν ἐν Βοιωτίᾳ*, (i. e. *εἰς Βοιωτίαν*: v. ann. ad Aschyl. Ag. 1388. nostrae ed. vulgo *ἦμεν.*) *καὶ τῷ συμβεβηκότι τὸ στράτευμα διελύετο.* Dictys II, 7.: In regna sua hiematum discedunt. Strabo I, 1, p. 10.: *Ὁ μέντοι Ἀγαμέμνονος στόλος τὴν Μυσίαν, ὡς τὴν Τρῳάδα, πορθῶν ἐπαλινδρόμησεν αἰσχρῶς.* Mirum, tacere Hyginum de mendici habitu, que celatus Telephus periculi vitandi causa venit Argos, ubi congregati fuisse videntur duces Graecorum, de persequendo bello deliberaturi. eorum implorata ope cum agnitus esset a nonnullis, in quibus ipso Achille et Ulysse, Clytaemnestrae usus consilio mortem effugit etc.

Prologum ipse egit Telephus, cujus prologi haec supersunt:

1.

Dionys. Halic. De compos. verb. p. 426.

Ὦ γαῖα πατρὶς, ἣν Πέλοψ ὁρίζεται,
χαῖρ', ὅς τε πέτρον Ἀρκάδων δυσχείμερον
(Πάν,) ἐμβατεύεις, ἔνθεν εὔχομαι γένος!
Αὔγη γὰρ Ἀλέου παῖς με τῷ Τιρυνθίῳ
τίκτει λαθραίως Ἡρακλεῖ· ξύνοιδ' ὄρος
Παρθένιον, ἔνθα μητέρ' ὠδίνων ἐμὴν
ἔλυσεν Εἰλείθυια.

recte haec ad Telephum retulerunt Barnes., Musgr., W., Hartung. a Musgravio est *Πάν* v. 3.

*) Graece hoc dici potuit

Οὐ σ' εἶπ' Ἀπόλλων, ἀλλὰ τό γε τρῶσαν δόρυ.

Digitized by Google

2.

Aristoph. Ach. 439. (406.)

Δεῖ γάρ με δόξαι πτωχὸν εἶναι τήμηρον,
εἶναι μὲν. ὅσπερ εἰμὶ, φαίνεσθαι δὲ μή.

Schol.: *Οἱ δύο στίχοι ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου.* Prior versus cum peccet in metrum tragicum, Meinek. Marginal. (Ztschr. f. d. A. a. 1843, 4, IX.) reponi jussit *Δ. γ. με δ. πτ. εἰς τὸ σήμερον.* nobis verisimilius videtur *Δ. γ. με δ. πτωχὸν ἕνα τὸ τήμερον,* vel *σήμερον. πτωχὸν ἕνα, πτωχόν τινα,* unum mendicum.

3.

Diogen. Epist. 5. in Notitia Mss. t. X, 2. p. 241. haec habet, a Boissonadeo huc relata.

Πτώχ' ἀμφίβληστα σώματος λαβὼν ῥάκη
ἀρκτήρια τύχης.

recte Dobraeus: *Π. ἀμφίβληστρα σ. λ. ῥ., ἀ. ψύχους.*

4.

Sextus Empir. adv. Eth. p. 702. ed. Fabric., Stob. 91. p. 507. et 95. p. 519.

Τί γάρ με πλοῦτος ὠφελεῖ νοσοῦντά γε;
σμικρὸ ἂν θέλοιμι καὶ καθ' ἡμέραν ἔχων
ἄλυπον οἰκεῖν βίοτον ἢ πλουτῶν νόσῳ.

5.

Stob. 49. p. 355.

Τόλμ' ἀεὶ κἂν τι τρηχὺ νέμωσι θεοί.

nomen *τόλμα* qui abhorrere intelligerent, reposuerunt imperativum *τόλμα*. Matth.: „Versus elegiacus, quales in Andromache sunt 103. seqq., in carmine lugubri, unde etiam ionica forma remansit *τρηχύ*." Sane ferendus esset ejusmodi versus, quod frustra negat Meinek. in Marginalibus. (Ztschr. f. d. Alt. a. 1843, 4. p. 292.) qui quidem perstat in correctione *Τολμᾶν δεῖ, κἄν τι* etc., quam pridem proposuit in Menandri fragm. 1. ed. p. 314. sed primum nihil lyrici habet haec sententia, longeque aptior est sermoni; tum versiculus languet, vixque tolerabile est *τι* encliticum in incisione. *τρηχὺ* autem genuinum esse, nec reponendum *τραχὺ*, nemo affirmaverit, cum *α* in *η* mutati suppetant exempla. quare suadeo scribamus

Τολμᾶν ἀεί, κἂν τραχὺ νείμωσιν θεοί.

glossatoris est *τί*,

6.

Stob. 29. p. 198.

Μοχθεῖν ἀνάγκη τοὺς θέλοντας εὐτυχεῖν.

Ex oratione Telephi ad duces Graecorum, priusquam agnitus est.

Digitized by Google

7.

Schol. Aristoph. Ach. 462. (496.) *Ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου.*

Μή μοι φθονήσητ', ἄνδρες Ἑλλήνων ἄκροι,
εἰ πτωχὸς ὢν τέτληκ' ἐν ἐσθλοῖσιν λέγειν.

1. versum ab Euripide mutuatus est Comicus Alexis Athen. XV., 691, f. cf. Inonis fragm. 12.

8.

Aristot. Rhetor. III, 2, 10. *Τὸ δὲ, ὡς ὁ Τήλεφος Εὐρ. φησὶ, „κώπας ἀνάσσειν* (imo *ἀνάσσων*) *καὶ ἀποβὰς εἰς Μυσίαν" ἀπρεπὲς, ὅτι μεῖζον τὸ ἀνάσσειν ἢ κατ' ἀξίαν.* reliqua suppeditat scholiastes. igitur sic scribamus:

Κώπης ἀνάσσων, καὶ ποβὰς εἰς Μυσίαν,
ἐτραυματίσθην πολεμίῳ βραχίονι.

vulgo *ἀνάσσει* et *ἐτραυματίσθη*, satagentibus doctis. remigem se appulsum patriae Mysiae et navi egressum Tel. se ab hoste aliquo vulneratum esse dicit. incessit autem Mysorum habitu, quo pertinet *πιλίδιον Μύσιον* Aristoph. Ach. 405. (438.)

Ejusdem verba post agnitionem, plerisque accusantibus eum impietatis, qui Graecus Graecos invaserit fuderitque, mortemque minantibus. quibus respondet, se terram suam defendisse, quod ipsi haud dubie fecissent in simili causa, nisi insaniissent; eosque propria culpa cladem accepisse, quod se certiorem non fecissent praemissis nuntiis de adventu suo, quo facto se generis affinitate junctos hospitio recepturum fuisse (v. Dictys II, 5.); hec nisi jussus tacet, ne molestus sit ducibus, quibus minime infensum se esse ait.

9.

Stob. 13. p. 145.

Ἀγάμεμνον, οὐδ' εἰ πέλεκυν ἐν χεροῖν ἔχων
μέλλει τις εἰς τράχηλον ἐμβαλεῖν ἐμὸν,
σιγήσομαι, δίκαιά γ' ἀντειπεῖν ἔχων.

Versu 1. malim *ἐλὼν*, ne *ἔχων* brevi intervallo repetatur. Iliad. *θ'*, 116. *Νέστωρ δ' ἐν χείρεσσι λάβ' ἡνία σιγαλόεντα* etc. *λ* et *χ* etiam Odyss. *υ'*, 85. permixta. cf. Lycophr. Bachmann. p. 610.

10.

Aristoph. Ach. 505. (539.)

Ἔρει τις „Οὐ χρῆν." ἀλλὰ, τί χρῆν, εἴπατε.

11.

Ibid. 508. (542.)

Καθῆσθ' ἂν ἐν δόμοισιν; ἢ πολλοῦ γε δεῖ.

Schol.: (*ἢ — δεῖ.*) *ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ὅλως. καὶ τοῦτο ἐκ Τηλέφου.*

Digitized by Google

12.

Aristoph. Ach. 438. (470.)

(*Σιγήσομαι τὰ λοιπά·*) *καὶ γάρ εἰμ' ἄγαν*
ὀχληρὸς, οὐ δοκῶν γε κοιράνους στυγεῖν.

Schol.: *Τοῦτο πεπαρῴδηται ἀσήμως* (vereor ne et hic et similibus in locis grammaticorum ponendum sit *σύσήμως*, cum constet, *α* et *ευ* interdum confusa esse a librariis. v. Iacobs. indice Anthol. Palat., schol. Thuc. VI, 33., nos passim in annotatis ad hos poëtas.) *ἐξ Οἰνέως Εὐριπίδου. ὁ δὲ Σύμμαχος καὶ ἐκ Τηλέφου φησὶν αὐτό.* V. 2., cod. Ravenn. *οὐ δοκῶν.* male ceteri libri cum scripti, tum editi, *οὖν δ.*

13.

Agamemnon, et miseria et eloquentia Telephi commotus, ei patrocinans, pariterque Graecos illatam injuriam saepe propulsasse dicens, itaque iras aliorum compescens.

Aristoph. Ach. 520. (554.)

(*Ταῦτ' οἶδ' ὅτι ἂν ἐδρᾶτε.*) *τὸν δὲ Τήλεφον*
οὐκ οἰόμεσθα; (νοῦς ἄρ' ὑμῖν οὐκ ἔνι.)

Schol. *Τὸν δὲ Τηλ.*] *καὶ ταῦτα ἐκ Τηλ. Εὐρ.* Matth.: „Priora non esse ex Euripide, monstrat hiatus *ὅτι ἄν.* Heath. et Boisson. *ὅτι γ' ἄν.* omisit haec Musgr. nec verba *νοῦς — ἔνι* tragicum colorem habent."

14.

Idem Thesm. 485. (517.), ubi schol. Ravenn.: *Παρὰ τὰ ἐκ Τηλέφου Εὐρ.*

— Τί δὴ θυμούμεθα,
παθόντες οὐδὲν μᾶλλον ἢ δεδρακότες;

ll. *εἰ δὴ θυμ.*, confusis ε et τ litteris, sicut schol. Am. Q. ad Odyss. *κ*, 40., Odyss. *π*, 371., Athen. 216, d, etc.

Contra indignatus Achilles objurgat Agamemnonem, quod improbum speculatorem audiat adjuvetque, cum nuntiatum sit, barbaros id agere, ut ipsi vicissim Graecis bellum inferant (v. Dictys II, 9.); tum sibimet bene, Telepho autem primum tectis, deinde apertis, verbis male precatur.

15.

Idem et ejus schol. Ach. 420. (453.)

Τί δ', ὦ τάλας, μέλλεις σὺ πείθεσθαι τόδε;

ll. *Τί δ', ὦ τ., σὺ τῷδε πειθ. μέλλεις*, qui est quotidianus ordo verborum. *τῷδε* scripserunt, qui dativum requiri ad *πείθεσθαι* falso existimarent; nam et per se dicitur id verbum, velut Aristoph. Plut. 31. et passim, accusativum autem objecti recte asciscit. Valck. Diatr. p. 210. *Τί δ', ὦ τ., σὺ τῷδε πειθ. θέλεις*; temere

Digitized by Google

contemta ratione palaeographiae, cui tribuens aliquid Boissonad. edidit *Τί δ', ὦ τ., σοὶ τῷδε π. μέλει;* quod affectatum.

16.

Ammonius *Περὶ διαφ. λεξ. Πρόξενος καὶ ἰδιόξενος κ. δορύξενος διαφέρει. πρόξενος πόλεως κ. ἔθνους, ὡς παρὰ Θουκυδίδῃ, ξένος δὲ ὁ εἷς ἑνός· ὁ δὲ αὐτὸς καὶ ἰδιόξενος.* (corrupta. sic scribamus: — *Θουκυδίδῃ, ἰδιόξενος δὲ ὁ εἷς ἑνὸς*, ὃ (quare) *δὴ οὗτος καὶ ἰδ.* haustum *ιδιο* a vicino *ιδηι. οὗτος* et *αὐτὸς* confusa, ut Soph. Phil. 1248., item apud Paus. l. c. in prolegomenis Temenidarum, nec rarum permutatas inter se deprehendas *α* et *ο* litteras.) *οὐκ ὀρθῶς οὖν Ε. ἐν Τηλέφῳ πρόξενον εἴρηκε τὸν ἰδιόξενον,*

Κακός τίς ἐστι προξένῳ σοι χρώμενος.

δορύξενος δὲ ὁ κατὰ πόλεμον γενόμενος φίλος etc. confidenter grammaticus dixit *οὐκ ὀρθῶς*, quasi non metaphorice loqui liceret scriptoribus, inprimis poëtis.

17.

Clemens Alex. Strom. VI. p. 624, c. ed. Sylb. *Καὶ μὴν ἐν Τηλ. Εὐριπίδου εἰπόντος*

Ἕλληνες ὄντες βαρβάροις δουλεύσομεν;

Θρασύμαχος ἐν τῷ ὑπὲρ Λαρισσαίων λέγει „Ἀρχελάῳ δουλεύσομεν, Ἕλληνες ὄντες βαρβάρῳ;“

18.

Schol. Aristoph. Ach. 412. (445.)

Καλῶς ἔχοιμι, Τηλέφῳ δ' ἀγὼ φρονῶ.

19.

Idem ibid. 8.

Κακῶς ὄλοιτ' οὖν· ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι.

vulgo *κ. ὅλ. ἄν*, quod alienum. menda proclivis, nec rara.

Haec Tel. audiens exclamat

20.

Aristoph. Equ. 762. (806.)

Ὦ πόλις Ἄργους, κλύεθ' οἷα λέγει!

et vim metuens fugit. cui obviam facta Clytaemnestra consilium dat, ut abrepto ex cunabulis Oreste in foco sive ara Jovis hercei considat, mortem infanti minitans, nisi impetret oratum. cujus commenti ansam praebuisse videtur Tragico Themistoclis historia exulis. Thuc. I, 136. *Ὁ δὲ Θεμιστοκλῆς — φεύγει ἐκ Πελοποννήσου εἰς Κερκύραν, ὧν αὐτῶν εὐεργέτης. δεδιέναι δὲ φασκόντων τῶν Κερκυραίων ἔχειν αὐτὸν, ὥστε Λακεδαιμονίοις κ. Ἀθη-*

Digitized by Google

ναίοις ἀπέχθεσθαι, διακομίζεται ὑπ' αὐτῶν ἐς τὴν ἤπειρον τὴν καταντικρύ. καὶ διωκόμενος ὑπὸ τῶν προστεταγμένων — ἀναγκάζεται κατά τι ἄπορον παρὰ Ἄδμητον, τὸν Μολοσσῶν βασιλέα, ὄντα αὐτῷ οὐ φίλον, καταλῦσαι. (Plut. Themist. c. 24. — ἔῤῥιψεν αὑτὸν εἰς ἐλπίδας χαλεπὰς κ. ἀπόρους, καταφυγὼν πρὸς Ἄδμητον etc.) καὶ ὁ μὲν οὐκ ἔτυχεν ἐπιδημῶν· ὁ δὲ, τῆς γυναικὸς ἱκέτης γενόμενος, διδάσκεται ὑπ' αὐτῆς τὸν παῖδα σφῶν λαβὼν καθίζεσθαι ἐπὶ τὴν ἑστίαν. κ. ἐλθόντος οὐ πολὺ ὕστερον τοῦ Ἀδμήτου δηλοῖ τε, ὃς ἐστι, καὶ οὐκ ἀξιοῖ, εἴ τι ἄρα αὐτὸς ἀντεῖπεν αὐτῷ Ἀθηναίων δεομένῳ, φεύγοντα τιμωρεῖσθαι. — ὁ δὲ ἀκούσας ἀνίστησί τε αὐτὸν μετὰ τοῦ ἑαυτοῦ υἱέος, ὥσπερ καὶ ἔχων αὐτὸν ἐκαθέζετο, καὶ (malim ὡς) μέγιστον ἦν ἱκέτευμα τοῦτο. cf. Cornel. Themist. 8. etc.

Ex oratione Clytaemnestrae filiolum Telepho tradentis. notum est autem, infensam eam fuisse marito propter immolatam, ut putabat, Iphigeniam: itaque etiam infantem ab eo procreatum odit.

21.

Schol. Aristoph. ad Pac. 517. (527.)

Ἀπέπτυσ' ἐχθροῦ φωτὸς ἔχθιστον τέκος.

Tum Agamemnonem convenit, precatura pro Telepho, sed statim redit consternata propter iram regis nuntio allato de raptu filii, minasque Achillis jam multo quam antea saeviores. causam pavoris sciscitatur Tel.

22.

Aristoph. Lys. 658. (707.)

Ἄνασσα πράγους τοῦδε καὶ βουλεύματος,
τί μοι σκυθρωπὸς ἐξελήλυθας δόμων;

Telephus, Achillem, opinor, stricto gladio se invadentem videns,

23.

Idem Equ. 1140. (1237.)

Ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον Λύκιε, τί ποτέ μ' ἐργάσει;

Ulyssis verba, Achillem retinentis et placantis, quandoquidem opus sit Graecis Telepho, deusque eum sanari ab ipso jubeat rasa hasta.

24.

Σὺ δ' εἶκ' ἀνάγκῃ, καὶ θεοῖσι μὴ μάχου,
τόλμα δὲ προσβλέπειν μὲ, καὶ φρονήματος
χάλα. τά τοι μέγιστα πολλάκις θεὸς
ταπεινὶ' ἔθηκε καὶ συνέστειλεν πάλιν.

Digitized by Google

25.

Stob. 20. p. 173.

Ὦρα σε θυμοῦ κρείσσονα γνώμην ἔχειν.

26.

Plut. Moral., t. II. p. 46, f. *Οὐ γὰρ μόνον, ὡς E. φησὶ, τὸ Τηλέφου τραῦμα*

Πριστοῖσι λόγχης θέλγεται ῥινήμασιν,
ἀλλὰ καὶ τὸν ἐκ φιλοσοφίας ἐμφυόμενον εὐφυέσι νέοις δηγμὸν αὐτὸς ὁ τρώσας λόγος ἰᾶται.

Igitur tandem Achilles adhibito remedio fatali restituit Telephum; deinde turbarum pertaesus redit ad tesseras, quas invitus reliquerat. quo pertinet versus apud Eustathium ad Il. *π'*, p. 1084, 2.

27.

Βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα (τέσσαρα). quem versum Eustath. explicans: *Ἤγουν*, inquit, *δύω μονάδας καὶ τέτταρα. ὃν στίχον E. ἐν Τηλέφῳ θεὶς, ὅπου κυβεύοντας ἥρωας εἰσήγαγε, κ. μαθὼν ἐπ' αὐτῷ χλευασθῆναι, ὡς εὐτελεῖ, καθὰ σκώπτει καὶ ὁ Κωμικὸς, αἰδεσθεὶς περιεῖλεν ὅλον τὸ ἐπεισόδιον.* Matth.: „Eadem fere habet ad Odyss. *α'*, p. 1397, 20. cf. Zenob. cent. 2, 85. Append. Vatic. 1, 29. Suidas et Phot. v. *Τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβοι.* utitur versu Aristoph. Ran. 1400. (1326.) — cf. Blomfield. Agam. gloss. 32." —

Jam vero in fidem recepto Telepho, pactoque ejus ductu in expeditione futura, Menelaus urgere bellum tanta impatientia, ut, amissae propter eum et Helenam filiae memor, Agamemnon, ubi abitum ille minatur, nisi frater sibi temperet, importunum castiget his verbis:

28.

Schol. Comici Nub. 868. (888.)

Ἰὼ' ὅποι χρῄζεις! οὐκ ἀπολοῦμαι
τῆς σῆς Ἑλένης οὕνεκα (πάντως).

29.

Stob. 37. p. 226.

Σπάρτην ἔλαχες· κείνην κόσμει,
τὰς δὲ Μυκήνας ἡμεῖς ἰδίᾳ.

primum versiculum, nonnihil mutatum, habent etiam Plut. De exilio, t. II. p. 602, b, et Diogen. Prov. cent. VIII, 18. et 46. ille quidem: *Σπάρταν ἔ., ταύτην κ.*, hic priore loco *Σπάρταν* et *κείναν*, altero *Ἣν ἔλαχες Σπάρταν κόσμει.*

Chori Argivorum vox, Telephi eloquentiam praedicantis,

Digitized by Google

30.

Stob. 29. p. 200.

Οὐ τἄρ' Ὀδυσσεύς ἐστιν αἰμύλος μόνος·
χρεία διδάσκει, κἂν τις ᾖ βραδὺς, σοφόν.

Plut. vit. Lysandri cap. 20., ubi laudat primum versiculum, *Οὐκ ἄρ' Ὀδ.* etc., κ et τ litteris inter se permutatis, ut passim. v. 2. Il. χ. δ., *κἂν βραδύς τις ᾖ*, σ., deteriore loco dipodiae iambicae posita voce *βραδύς*.

31.

Schol. Plat. p. 50. *ψυκτήρ: σκεῦος, ἔνθα διανίζουσι τὰ ποτήρια. ἢ ποτηρίου εἶδος, ὡς Ε. Τηλέφῳ.*

Docuit E. Telephum una cum Cressis, Alcmaeone *τῷ διὰ Ψωφῖδος* et Alcestide Ol. 85, 2., sive a. ante Chr. nat. 439. v. Alcestidis didascaliam Vaticanam apud Dind. ed. Eurip. Oxon., quae excusa est a. 1834.

LI. *ΤΗΜΕΝΟΣ, ΤΗΜΕΝΙΔΑΙ, ΤΗΜΕΝΙΔΕΣ.*

Tria haec nomina, dubium totidemne tragoediarum an unius, inveniuntur apud scriptores. de *Τημενίδαις* constat. Dioscorides Anthol. Palat. t. II. p. 377., n. 193.

Γάλλον Ἀρισταγόρης ὠρχήσατο· τοὺς δὲ φιλόπλους
Τημενίδας ὁ καμὼν πολλὰ διῆλθον ἐγώ·
χὠ μὲν τιμηθεὶς ἀπεπέμπετο, τὴν δὲ τάλαιναν
Ἴρνηθὼ κροτάλων εἷς ψόφος ἐξέβαλεν.

qui titulus commemoratur etiam apud Aelianum fr. 6. et Pollucem fr. 5. Matth.: „Apud Stobaeum constanter scribitur *Τημενίσιν*. in hoc ut *Τημενίδαι* et *Τημενίδες* confusa esse concedamus, mirum tamen est, bis apud Stob. post locum e *Τημενίσιν* allatum statim adscribi alios e *Τημένῳ* fr. 13., 2., 3., collato 15. sic etiam apud Clem. Al. fr. 1. et 4 locis apud Hesychium, 19.—22. accedit, quod, quae e Temeno citantur, eorum pleraque admonitiones ad fortitudinem et scientiam belli spectantes continent, ut fr. 1., 13., 14., 2., 3., quae vix dicas quomodo in Temenidis locum invenire potuerint. Itaque de Musgravii sententia (qui unam tantummodo fabulam sumit, *Τημενίδας*, propter epigramma Dioscoridis) dubitandum puto et duas fuisse fabulas suspicor, quarum altera Temenus inscripta fuerit et ad rem aliquam ex iis, quae in expeditione ab Heraclidis in Peloponnesum suscepta gestae sunt, quo pertinent fr. 20. et 22., spectaverit, altera *Τημενίδαι*.“ —

Argumentum parum dramaticum fabulae videtur extare apud Pausaniam II, 19. et 28., ubi haec leguntur: *Τήμενος* (rex Argivorum) *ἐκ μὲν τοῦ φανεροῦ Δηϊφόντῃ τῷ Ἀντιμάχου, τοῦ Θρασυάνορος, τοῦ Κτησίππου, τοῦ Ἡρακλέους, στρατηγῷ πρὸς τὰς μάχας ἐχρήσατο ἀντὶ τῶν υἱῶν, κ. σύμβουλον εἰς*

Digitized by Google

πάντα εἶχεν, ἅτε αὐτόν τε ἐκεῖνος πεποιημένος πρότερον ἔτι γαμβρὸν, κ. τῶν παίδων ἀρεσκόμενος τῇ Τρωηθοῖ μάλιστα (quae Deïphonti nupserat). — (c. 28.) Κεῖσος [?] (δὲ) καὶ οἱ λοιποὶ Τημένου παῖδες μάλιστα ᾤδεσαν Δηϊφόντην λυπήσοντες, εἰ διαλῦσαί πως ἀπ' αὐτοῦ τὴν Τρωηθὼ δυνηθεῖεν. ἀφίκοντο οὖν ἐς Ἐπίδαυρον (ubi sedem habebat Deïphontes) Κερύννης κ. Φάλκης, αὐτοὶ (perperam ll. οὗτοι, menda non infrequente: v. Telephi fr. 16.) δὲ στήσαντες τὸ ἅρμα ὑπὸ τὸ τεῖχος κήρυκα ἀποστέλλουσι παρὰ τὴν ἀδελφὴν, ἐλθεῖν δῆθεν ἐς λόγους αὐτῇ βουλόμενοι. ὡς δὲ ὑπήκουσε καλοῦσιν, ἐνταῦθα οἱ νεανίσκοι πολλὰ μὲν Δηϊφόντου κατηγόρουν, πολλὰ δὲ αὐτοὶ (malim αὐτὸ, i. e. τοῦτο) ἱκέτευον ἐκείνην, ἐπανήκειν ἐς Ἄργος, ἄλλα τε ἐπαγγελλόμενοι, κ. ἀνδρὶ δώσειν αὐτὴν Δηϊφόντου τὰ πάντα ἀμείνονι, κ. ἀνθρώπων πλειόνων κ. γῆς ἄρχοντι εὐδαιμονεστέρας. Τρωηθὼ δὲ τοῖσι λεχθεῖσιν ἀλγήσασα ἀπεδίδου σφίσι τὴν ἴσην, Δηϊφόντην μὲν αὐτῇ τε ἄνδρα ἀρεστὸν εἶναι φησασα, κ. Τημένῳ γενέσθαι γαμβρὸν οὐ μεμπτὸν, ἐκείνοις δὲ Τημένου προσήκειν σφαγεῦσιν ὀνομάζεσθαι μᾶλλον ἢ παισί. καὶ τὴν μὲν οὐδὲν ἔτι ἀποκρινάμενοι συλλαμβάνουσιν, ἀναθέντες δὲ ἐς τὸ ἅρμα ἀπήλαυνον. Δηϊφόντῃ δὲ ἀγγέλλει τις τῶν Ἐπιδαυρίων, ὡς Κερύννης κ. Φάλκης αἴχοιντο ἄγοντες ἄκουσαν Τρωηθώ. ὁ δὲ αὐτός τε ὡς τάχους εἶχεν ἤμυνε, κ. οἱ Ἐπιδαύριοι πυνθανόμενοι προσεβοήθουν. Δηϊφόντης δὲ Κερύννην μὲν, ὡς κατελάμβανεν, ἀναιρεῖ βαλὼν, Φάλκην δὲ ἐχόμενον Τρωηθοῦς βαλεῖν μὲν ἔδεισε, μὴ ἁμαρτὼν γένοιτο αὐτῆς ἐκείνης φονεύς, συμπλακεὶς δὲ ἐπειρᾶτο ἀφαιρεῖσθαι. Φάλκης δὲ ἀντεχόμενος κ. ἕλκων βιαιότερον ἀπέκτεινεν ἔχουσαν ἐν γαστρί. καὶ ὁ μὲν συνεὶς, οἷα ἐς τὴν ἀδελφὴν ἐξειργασμένος ἔργα ἦν, ἤλαυνε τὸ ἅρμα ἀφειδέστερον, προλαβεῖν τῆς ὁδοῦ σπεύδων, πρὶν ἅπαντας ἐπ' αὐτὸν συλλεχθῆναι τοὺς Ἐπιδαυρίους· Δηϊφόντης δὲ σὺν τοῖς παισὶν (ἐγεγόνεσαν γὰρ καὶ παῖδες αὐτῷ πρότερον ἔτι ....) τότε δὲ ἀναλαβόντες τὸν νεκρὸν τῆς Τρωηθοῦς κομίζουσιν ἐς τοῦτο τὸ χωρίον τὸ ἀνὰ χρόνον Τρωηθιὸν κληθέν. Breviter Apollodorus II, 8, 5. Τήμενος μὲν οὖν, παραπεμπόμενος τοὺς παῖδας Ἀγέλαον, κ. Εὐρύπυλον, κ. Καλλίαν, τῇ θυγατρὶ προσανεῖχεν Τρωηθοῖ κ. τῷ ταύτης ἀνδρὶ Δηϊφόντῃ· ὅθεν οἱ παῖδες πείθουσί τινας (ita Westerm. auctore Fabro. ll. πείθουσι τιτᾶνας.) ἐπὶ μισθῷ τὸν πατέρα αὐτῶν φονεῦσαι. γενομένου δὲ τοῦ φόνου τὴν βασιλείαν ὁ στρατὸς ἔχειν ἐδικαίωσεν Τρωηθὼ κ. Δηϊφόντην. (Heynei correctio. ll. Τρωηθοῖ κ. Δ—τῃ.) sed harum rerum omnium nec vola nec vestigium apparet in fragmentis superstitibus, ut quae vel praecepta morum contineant, vel sententias, vel orationes ejusmodi, ex quibus nihil peculiare propriumque certis personis elici potest. cujus generis sunt illa, quae primis 7 locis perscripsimus.

Digitized by Google

1.

Schol. Venet. ad Iliad. δ', 249.

Αὐτός τι νῦν δρᾶ, χὤδε δαίμονας κάλει·
τῷ γὰρ πονοῦντι χὠ θεὸς συλλαμβάνει.

ll. metro pessumdato — *δρᾶ, χοὕτω δ. κ.*, quod glossema non animadvertisse miror editores. Suidas vv. *Αὐτός τι* et *Σὺν Ἀθήνῃ*

Αὐτός τι νῦν δρῶν εἶτα δαίμονας κάλει,

quod arridet Porsono praef. Hecub. p. 38. videtur autem dittographia. Clemens Alex. Str. VI, p. 621, c. *Πάλιν Εὐριπίδου μὲν ἐν Κτιμένῳ*

Τῷ γὰρ πονοῦντι καὶ θεὸς συλλαμβάνει.

hunc versum affert etiam Stob. 29. p. 199., sed ex Hippolyto, quo retulerunt eum Barnes. et Boissonad. pro *Κτιμένῳ* Matth. reponi jussit *Τημένῳ*, mutatione parum verisimili, nisi quis dicat, *κ* esse corrigentis falso perscriptum *ἐν*, quo legeretur *ἐκ*, *τιμένῳ* autem scriptum vitio iotacismi pro *τημένῳ*. sane quidem ignotus est Ctimenus, neque apta dramati videtur Ctimenes (Odyss. ο', 363.), Laërtis filiae, persona; sed fieri potest ut Clemens scripserit *ἐν Κλυμένῃ*, Phaëthontem tragoediam significans, in qua magnae partes fuerunt matris Clymenes, quemadmodum Phaedrae nomine indicatur nonnonquam Hippolytus, Penthei Bacchae, Polydori Hecuba etc. quare tutius est haec ablegari ad fragmenta incerta.

2.

Stob. 52. p. 360.

Τὸ δὲ στρατηγεῖν τοῦτ' ἐγὼ κρίνω, καλῶς
γνῶναι τὸν ἐχθρὸν, ἢ μάλισθ' ἁλώσιμος.

3.

Ibidem.

Ἄρξεις ἆρ' οὕτω· χρὴ δὲ τὸν στρατηλάτην
ὅμως δίκαιον ὄντα ποιμαίνειν στρατόν.

V. 2. *ὅμως*. ita Barnes. Valck. ad marg. ed. Barnes.: „Fortasse *νόμῳ*." quod probat Matth.

4.

Stob. 86. p. 497.

Φεῦ φεῦ, τὸ φῦναι πατρὸς εὐγενοῦς ἄπο
ὅσην ἔχει φρόνησιν ἀξίωμά τε!
κἂν γὰρ πένης ὢν τυγχάνῃ χρηστὸς γεγὼς,
τιμὴν ἔχει τιν', ἀναμετρούμενος δὲ πως
τὸ τοῦ πατρὸς γενναῖον ὠφελεῖ τρόπῳ.

„Ultima (*ἀναμ. — τρόπῳ*) ita vertit Musgr.: et animo versans genitoris laudes in majus promovet moribus.

Digitized by Google

ἀναμετρεῖσθαι eadem vi legitur Ione 1270. (1165.) *Ἐν συμμάχοις γὰρ ἀνεμετρησάμην φρένας τὰς σὰς, ὅσον μοι πῆμα δυσμενής τ' ἔφυς.*" E Matth.

5.

Pollux IX, 27. *Τοῖς γὰρ ποιηταῖς καὶ τὰς κώμας* (? suspicor legendum esse *τὰ κοινὰ*, communia, respublicas.) *λέγουσι πόλεις οὐ προσεκτέον, ὡς παρ' Εὐριπίδῃ — ἐν Τημενίδαις*

Ἅπασα Πελοπόννησος εὐτυχεῖ πόλις:

6.

Aelian. H. A. VII, 39. *Ἐν δὲ τοῖς Τημενίδαις τὸ Ἡράκλειον ἄθλον ἔλαφον κέρατα ἔχειν ὁ αὐτὸς E. φησὶ, τὸν τρόπον τόνδε ᾄδων*

Ἦλθεν δ' ἐπὶ χρυσόκερων ἔλαφον, μεγάλων ἄθλων ἕνα δεινόν anap. Aristoph.

ὑποστὰς κατ' ἐνάυλους ὀρέων ἀβάτους, asyn., pherecr. et anap.

ἐπί τε λειμῶνας ποιμένιά τ' ἄλση. asyn., 2 cret. dim. catal.

V. l. ll. *Ἦλθε*, Matth. *Ἦλθεν*, „ne altera vocabuli *ἐπὶ* syllaba contra morem ante *χρ.* producatur." tum iidem *ἵνα*, quod in *ἕνα* mutandum vidi, quo sensus constaret. de cerva Cerynitide, Dianae sacra, v. Apollod. II, 5, 3., Hygin. fab. 30., Io. Pediasimus De Herculis lab., III., Mythogr. Westermann. p. 351.

7.

Stob. 54. p. 369.

Ἄλλη πρὸς ἄλλο γαῖα χρησιμωτέρα.

Sententiae.

8.

Idem 1.

Ἀρετὴ δὲ, κἂν θάνῃ τις, οὐκ ἀπόλλυται, ξῇ δ' οὐκέτ' ὄντος σώματος· κακοῖσι δὲ ἅπαντα φροῦδα συνθανόνθ' ὑπὸ χθονός.

9.

Idem 13. p. 145. (Paris. A., Grot., Schow., Gaisford. *Τημενίσιν.*)

Καλόν γ' ἀληθὴς κἀτενὴς παῤῥησία.

ll. *Καλόν τ'*.

10.

Idem 31. p. 211. (Grotius Temenisin legi dicit in MSS.)

Αἰδὼς γὰρ ὀργῆς πλεῖον ὠφελεῖ βροτούς.

Digitized by Google

11.

Stob. 37. p. 226. (MS. Voss. apud Valck. Diatr. p. 199. et B. Paris. *Εὐρ. Τημενίσι.*)

Εἰκὸς δὲ παντὶ καὶ λόγῳ, καὶ μηχανῇ,
πατρίδος ἐρῶντας ἐκπονεῖν σωτηρίαν.

12.

Idem 84. p. 351.

— Φιλεῖ τοι πόλεμος οὐ πάντ' εὐτυχεῖν·
ἐσθλῶν δὲ χαίρει πτώμασιν νεανιῶν,
κακούς τε μισεῖ. τῇ πόλει μὲν οὖν νόσος
τόδ' ἐστὶ, τοῖς δὲ κατθανοῦσιν εὐκλείς.

V. 3. ll. *κακοὺς δὲ μ.*, quod minus commodum.

13.

Idem 49. p. 354.

Οὐκ ἔστι κρεῖττον ἄλλο πλὴν κρατεῖν δορί.

14.

Ibidem.

Τολμᾷν δὲ χρεών· ὁ γὰρ ἐν καιρῷ
μόχθος πολλὴν εὐδαιμονίαν
τίκτει θνητοῖσι τελευτῶν.

15.

Stob. 52. p. 360. (Paris. A. *Τημενίσι*, Gesn. Timenisi, Grot. Temenisi.)

Ῥώμη δέ γ' ἀμαθὴς πολλάκις τίκτει βλάβην.

ll. *Ῥ. δέ τ'*.

16.

Idem 104. p. 565. (*Τημενίσι.*)

Πολλοὶ γεγῶτες ἄνδρες οὐκ ἔχουσ' ὅπως
δείξωσιν αὐτοὺς τῶν κακῶν ἐξουσίᾳ.

Matth. malit *δείξουσιν*. idem et Dind. recte *αὐτοὺς* pro *αὐτούς*.

17.

Idem 123. p. 617.

Τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποισι κατθανεῖν μένει,
κοινὸν δ' ἔχοντες αὐτὸ κοινὰ πάσχομεν
πάντες· τὸ γὰρ χρεὼν μεῖζον ἢ τὸ μὴ χρεών.

Τοῖς — μένει non est idem ac si dixisset *τοὺς πάντας ἀνθρώπους μένει τὸ κατθανεῖν*, omnes homines manet mors, sed *μένει* significat firmum atque immutatum manet, quemadmodum Virgilius Aen. I, 257. dixit „Manent immota tuorum Fata tibi.“ *κοινὰ* habet notionem adverbii. ultima sic vertit Musgrav.: „quod enim fatale est, plus valet quam quod non fatale.“

Digitized by Google

18.

Idem 4. p. 52. (*Τημενίσιν* Paris. A., Grot.)
Ἀσύνετος, ὅστις ἐν φόβῳ μὲν ἀσθενὴς,
λαβὼν δὲ μικρὸν τῆς τύχης φρονεῖ μέγα.

19.

Hesych. *Αἰσίως: καλῶς, δεξιῶς. Ε. Τημένῳ.*

20.

Idem. *Ἀνανομήν: ἀναδασμόν· ἀνανέμειν γὰρ τὸ μερίζειν. Ε. Τημ.*

21.

Idem. *Ἄπυργος: ἀτείχιστος. Ε. Τημ.*

22.

Idem t. II. p. 200. *Κατηβολή* (sic MS. apud Schow. p. 423.): *τὸ ἐπιβάλλον* etc. v. Peliadum fragm. 13.

LII. ΥΨΙΠΥΛΗ.

Apollodorus III, 6, 4. de Septem ducibus ad Thebas: *Παραγενόμενοι δὲ εἰς Νεμέαν, ἧς ἐβασίλευε Λυκοῦργος, ἐζήτουν ὕδωρ. καὶ αὐτοῖς ἠγήσατο τῆς ἐπὶ κρήνην ὁδοῦ Ὑψιπύλη, ἥτις νήπιον παῖδα ὄντα Ὀφέλτην ἀπολιποῦσα, ὃν ἔτρεφεν, Εὐρυδίκης ὄντα κ. Λυκούργου.* (Heyn.: „Oratio — luxata. ut medearis, ejiciendum voc. *ἥτις*, male insertum: medelam jam viderant Commel., Fab., Galé.“ His ego obsecutus in annotatis ad Aeschyli Laïum, p. 41., nunc, ut dies diem docet, critica secante abstinendum arbitror et ponendum — *Ὑψιπύλη, λήστει νήπιον — ἀπολιποῦσα* etc., *λήστει*, per oblivionem. E. Cyclope, 158. *Κακῶν τε λῆστις.* haustum *λη—* sive *ληστ—* a *—λη* praegresso; haec origo corruptionis.) *αἰσθόμεναι γὰρ αἱ Λήμνιαι ὕστερον Θόαντα σεσωσμένον, ἐκεῖνον μὲν ἔκτειναν, τὴν δὲ Ὑψιπύλην ἀπημπόλησαν· διὸ πραθεῖσα ἐλάτρευε παρὰ Λυκούργῳ. δεικνυούσης δὲ τὴν κρήνην, ὁ παῖς ἀπολειφθεὶς ὑπὸ δράκοντος διαφθείρεται. τὸν μὲν οὖν δράκοντα ἐπιφανέντες οἱ μετὰ Ἀδράστου κτείνουσι, τὸν δὲ παῖδα θάπτουσιν* etc. Hyginus fab. 74. „Septem ductores, qui Thebas oppugnatum ibant, devenerunt in Nemeam, ubi Hypsipyle, Thoantis filia, in servitute puerum Archemorum sive Ophelten, Lyci (imo „Lycurgi“) regis filium, nutriebat. cui responsum (?) erat, ne in terra puerum deponeret antequam posset ambulare. ergo ductores [septem, qui Thebas ibant,] aquam quaerentes devenerunt ad Hypsipylen, eam-

Digitized by Google

que rogaverunt, ut eis aquam demonstraret. illa timens puerum in terram deponere, apium altissimum erat ad fontem, in quo puerum deposuit. (fortasse legendum est „illa timere — deponere. apium“ etc.) quae dum aquam eis tradit, draco fontis custos puerum exedit. (?) at draconem Adrastus et ceteri occiderunt, et Lycum (Lycurgum) pro Hypsipyle deprecati sunt, ludosque puero funebres instituerunt“ etc. Alia fama fuit, Hypsipylen in vincula conjectam esse ab Eurydice irata, crudeliter interficiendam, sed supervenisse his rebus Hypsipyles ex Iasone filios, matremque liberasse et Lemnum reduxisse: v. Schmid. ad Pind. Nem. p. 2.*) Ex his divinari utcunque potest dramatis oeconomia.

Prologum agit Bacchus, Thoantis pater, verba faciens de Hypsipyles historia, opemque nepti, si usus venerit, promittens.

---

*). W. Griech. Trag. p. 558. nota 3.: „Mythogr. II, 141. Qua orbitate rex iratus dum (cum) in Hypsipylen jus dominii vellet exercere, eamque filio inferias mittere, prohibitus est a Graecis.“ et ad Hygini verba At draconem — instituerunt: „Für die Hypsipyle hatte dieser Umstand eine so grosse Wichtigkeit, dass ich eine ganz theatralische Wendung des Geschicks der Lemnierin, für welche zwei Kunstwerke Quelle sind, auf die Tragödie zurückführen zu müssen glaube. Auf der zehnten der in Epigrammen beschriebenen Platten des Tempels in Kyzikos waren *Εὔνεος* (l. *Εὔνεως*) *καὶ Θόας, οὓς ἐγέννησεν Ὑψ., ἀναγνωριζόμενοι τῇ μητρὶ, κ. τὴν χρυσῆν δεικνύντες ἄμπελον, ὅπερ ἦν αὐτοῖς τοῦ γένους σύμβολον*, (W. p. 1588.: „Das ἔμφυτον (?) *γνώρισμα* der thebischen Sparten die Lanze, der Pelopiden die elfenbeinerne Schulter, S. 1063.“) *καὶ ῥυόμενοι αὐτὴν διὰ τὸν Ἀρχεμόρου θάνατον τῆς παρ' Εὐρυδίκῃ τιμωρίας.* Schon Jakobs (Paralip. ex cod. Vatic. p. 630. [Anthol. t. 13.]) hat vermuthet, das sonst nicht vorkommende Erkennungszeichen (der Nachkommen des Aeolus) sei aus Eurip. entlehnt, und es scheint, dass dahin selbst die Worte *Οἰνάνθα φέρει — βότρυν* (fr. 2.) deuten. (In diesem Fall wäre *Οἰνάνθας* zu lesen und bei *φέρει* Euneos oder Thoas zu verstehn. Bothe.) Das Epigramm drückt aus, dass Thoas durch Vorzeigung der Rebe seine Mutter vom Tod und dem Zorne der Eurydike erretten und (mit seinem Bruder) nach Lemnos zurückführen wird. Auf der grossen im Jahr 1835 in Ruvo gefundenen Vase mit beigeschriebenen Namen (s. Il Vaso dall' Archemoro, publicato dal Prof. Odoardo Gerhard, Roma 1837, auch in den Nouvelles Annales de l'Instit. archéol. pl. 5. 6., und Archemoros und die Hesperiden, eine aus den Abhandl. der k. Akad. d. W. besonders abgedruckte Vasenerklärung, Berl. 1838, Taf. 1. S. 4 ff. 28.) führt Hyps. ihre Vertheidigung vor Eurydike, während Amphiaraos ihr beizustehn scheint (die Geberden sind sprechend) und von der andern Seite zwei Jünglinge schon dem Hause genahet sind, *ΕΤΝΕΩΣ*, der andere ohne Schrift, aber ohne Zweifel dessen Bruder Thoas, wie ihn auch Andere (Statius und Argum. II. Nemeorum Pind.) nennen, oder Deiphilus, wie er bei Hygin (15), Nebrophonos, wie er bei Apollodor (I, 9, 17) heisst — da dem andern der bedeutsame Name *Εὔνηος* (Iliad. *η'*, 468.), *Εὔνεως*, immer bleibt. — Ueber den Söhnen der Hyps. ist Dionysos, sowie auf der andern Seite über zweien der sieben Helden Zeus mit Nemea, dargestellt; in der untern Reihe aber Archemoros auf dem Leichenbett, und unter den Personen dieser Trauerscene der *ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ* (dieser hier mit der Laute als Lehrer des kleinen Knaben), der insbesondere aus der Tragödie bei-

Digitized by Google

1.

Aristoph. Ran. 1146. (1242.) et schol. cum h. l., tum 1148.

— —

Διόννσος, ὃς θύρσοισι καὶ νεβρῶν δοραῖς
καθαπτὸς ἐν πεύκαισι Παρνάσον κάτα
πηδᾷ χορεύων παρθένοις σὺν Δελφίσιν.

Schol.: *Τψιπύλης ἡ ἀρχή.* verba *παρθ. σὺν Δ.* habet schol. ad 1148. (1244.) ipsum initium tragoediae deest, quod hujusmodi fuerit

Ἥκω, Διὸς παῖς, Ἄργος, ἀρχαίαν χθόνα,

sicut Baccharum est

Ἥκω, Διὸς παῖς, τήνδε Θηβαίαν χθόνα,
Διόννσος.

affert haec schol. ad Nub. 587. (604.), item Macrobius Sat. 1, 18. praeter verba *παρθ. σὺν Δ.*; versum 2. autem et Hesychius v. *καθαπτὸς*, et scriptor Etymologici M. p. 1, 38.

Verba ex carmine Hypsipyles, in prato considentis cum Ophelte alumno suo.

2., 3.

Ibidem 1247. (1355.) *Οἰνάνθας γάνος ἀμπέλου.* Schol.: *Παρὰ τὰ ἐξ Τψιπύλης Εὐριπίδου*

Οἰνάνθα φέρει τὸν ἱερὸν βότρυν. (dochm.)

(de his v. annot. p. 257.)

καὶ τὸ

Περίβαλ', ὦ τέκνον, ὠλένας! (glycon.)

Ejusdem oratio ad duces Argivos.

4.

Macrob. Sat. V, 18. „Licet abunde ista sufficiant ad probationem moris antiqui, quo ita loquendi usus fuit, ut Achelous commune omnis aquae nomen haberetur, tamen his quoque Euripidis, nobilissimi tragoediarum scriptoris, additur auctoritas, quam item Didymus grammaticus in iis libris, quos *Τραγῳδουμένης λέξεως* scripsit, posuit his verbis: *Ἀχελῷον πᾶν ὕδωρ Ε. φησὶν ἐν Τψιπύλῃ. λέγων γὰρ περὶ ὕδατος ὄντος σφόδρα πόρρω τῆς Ἀκαρνανίας, ἐν ᾗ ἐστι ποταμὸς Ἀχελῷος, φησὶ*

Δείξω μὲν ἀργεννοῖσιν Ἀχελῴου ῥόον.

Reliquimus *ἀργεννοῖσιν*, quamvis abhorrens, sed vix dubitamus quin ponendum sit *Δ. μ. ἀργεννόν τιν'* (*αργεννονσιν*, *αργεννοισιν*)

---

behalten sein möchte. Wie beide Künstler, der apulische und der asiatische, so hatte auch Statius im 4. und 5. Gesang der Thebais den Eurip. vor Augen, und namentlich in Hinsicht der Rettung der Hyps. durch das Walten des Dionysos, als ihres Stammvaters, und durch die beiden Söhne des Jason (V, 712., VI, 340).“

Digitized by Google

Ἀ. ῥόον. temere enim Barnes. edidit *Ἀργείοισιν*, duriorque est Valckenarii conjectura in margine Barnes. *ἀργεννοῖσιν Ἀχελῷον ῥόοις. ἀργεννὸν*, ut Ovid. Met. III, 407.

Fons erat illimis, nitidis argenteus undis.

Apollonius soph. p. 158. ed. Toll.: *Ἀργεννῶν: λευκῶν, λαμπρῶν· ἀφ' οὗ καὶ ἄργυρος, καὶ ἀργύφεον.*

Hypsipyle infantem mortuum deflens, quem olim pueriliter lusisse dicit apud se in pratis, serpente nunquam prodeunte ex antro sinuoso, *δωδεκαμηχάνῳ*, quod multas velut machinas haberet, i. e. anfractus et latebras, quibus venatores effugeret.

5.

Plut. *Περὶ πολυφιλίας*, t. II. p. 93, d. et Sympos. IV, 1. p. 664, f. — *Ὥσπερ ὁ τῆς Ὑψιπύλης εἰς τὸν λειμῶνα καθίσας*

Ἕδρεπεν ἕτερον ἐφ' ἑτέρῳ αἰρόμενος dochm.
ἄγρευμ' ἀνθέων ἡδομένα ψυχᾷ,
τὸ νήπιον ἄπληστον ἔχων. (glyc. polyschem.)

6.

Schol. Comici ad Ran. 1253. (1363.) *Κυρήνη ἑταίρα τις ἐπίσημος, δωδεκαμήχανος ἐπικαλουμένη διὰ τὸ τοσαῦτα σχήματα ἐν τῇ συνουσίᾳ ποιεῖν. ἔστι δὲ παρὰ τὸ ἐξ Ὑψιπύλης Εὐριπίδου*

Ἀνὰ τὸ δωδεκαμήχανον ἄντρον. (dactyl. tetram. aeol.)

eadem leguntur apud Suidam v. *δωδεκαμήχανος*, nisi quod habet *ἄστρον*, quod placuit Schneidero et Passovio in lexicis, item Letronneo (Appendice aux lettres d'un antiquaire p. 19., 20.), ut intelligatur sol 12 signa zodiaci percurrens, „ou bien plutôt," inquit Letronn., „la lune qui renouvelle douze fois pendant l'année la période de ses phases." sed quid haec ad Hypsipylen? W. quoque improbat eam scripturam. mire autem Matth.: „Neutrum intelligere se fatetur Musgr., nec ego plus video."

Amphiaraus Eurydicen consolans de morte filii.

7.

Plut. Consol. ad Apoll., t. II. p. 110., 11., Clem. Alex. Strom. IV, p. 485 = 588., Stob. 106. p. 568. Plut.: *Οὐ φαύλως γὰρ ἂν δόξειεν ὁ παρὰ τῷ ποιητῇ Ἀμφιάρεως παραμυθεῖσθαι τὴν Ἀρχεμόρου μητέρα δυσχεραίνουσαν, ὅτι νήπιος ὢν ὁ παῖς κ. ἄγαν ἄωρος ἐτελεύτησε. φησὶ γὰρ οὕτως*

Ἅ γ' οὖν παραινῶ, ταῦτά μου δέξαι, γύναι.
Ἔφυ μὲν οὐδείς, ὅστις οὐ πονεῖ, βροτῶν·
θάπτει τε τέκνα, χἄτερα σπείρει νέα,
αὐτός τε θνήσκει. καὶ τάδ' ἄχθονται βροτοὶ,
5 *εἰς γῆν φέροντες γῆν· ἀναγκαίως δ' ἔχει*

Digitized by Google

βίον θερίζειν· ὥστε κάρπιμον στάχυν,
καὶ τὸν μὲν εἶναι, τὸν δὲ μή. τί ταῦτα δὴ
στένειν, ἅπερ δεῖ κατὰ φύσιν διεκπερᾶν;
δεινὸν γὰρ οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς.

Versum 1. unus servavit Clemens, quem versum Stobaeanis inseruit Grotius. praeter necessitatem Porson. ad Hecub. 539. *ταῦτά μοι δ.* 2. Stob. *ὅστις οὐκ ἀεὶ πονεῖ*, quod nimium. alteram scripturam adjuvat Cicero, qui sic vertit Tusc. Qu. III, 25.

Mortalis nemo est, quem non attingat dolor,
